

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

HENR. STEPHANI
SCHE DIASMA TVM
V A R I O R V M,
id est, Obseruationum, Emē-
dationū, Expositionum,
Disquisitionum,
LIBRI TRES:
qui sunt
Pensa succisiuarum horarum
IANVARII, FEBRVARII, MARTII.

Liber lectori.
Tres tuncū natūs mēses nequōne placere?
Annū ubi natūs ero, posse placere puto.



Excudebat Henricus Stephanus,
Anno M. D. L X X V I I I.

HENRICVS STEPHANVS
LECTORI S. D.

SCHE DIAS MATA inscripsi hos Observacionum, Emendationum, Expositionum, Disquisitorum libros, non studio nouitatis, non, ut Plato loquitur, *καρνοπίας ὀνομάτων εύρει* (quis enim minus est φιλό-*καρνοπίας;*) uerum ut hac scripta legens si nō expectationi tuae, at certe titulo suo respondere cogitares. Alioqui enim aliud illis nomen imposuisse, ne que tamen lectio-nes uarias uocasset (non enim video quomodo hac in-*scriptione tam diuersa comprehendendi argumenta potius-*sent) sed Symmetria appellazione, uel alia quapiā, quae & ipsa nihil fastus habere dici posset, usus fuisset.

Placuit autem mihi illa Schedia maton in scriptio nō ea solum de causa quod tantum à fastu ab sit ut etiā ue-*niam à te præetur, uerum et quod eadem appellatio es-*se Capitū loco poterat: id est, quod Schedia sma primū libri primi, Schedia sma secundum, ex ita demixps uocare poteram. quod et feci. Sed cui nominare capita nolebas quæres fortasse. Quoniam is quidem liber in quo unum idemque tractatur argumentum, recte in capita diuiditur, quæ sunt illius tractatus ueluti themata: at in scriptioribus qua ipsa argumenti diuer sitas sepa-*rat, uix posse diuisionem illā locum habere existimauī.***

Iam uero, quod libris nomina nō tantum ex ipso or-*dine imposui sed de Mensis etiam nominibus eos uoca-*ui, id feci partim quoniam incunte anno, atque adeo i-*n ipso Ianuario, mita fuerat à me harum scriptiorum ra-*tio, eisque aggressus eram: partim etiam quod mihi co-*sciens quidam difficile aliqui futurum esset tantum otij à meo ergastulo, (id est, à mea typographica officina) im-*petrare quātum ad persequendū hoc opus satiū esset,* ipsum ad illud mihi concedendum ea cogere ratione uo-*lebam: quasi eius qui primos tres Menses legisset, expe-******

¶. 4.

Etatio sequentium, uelut arr habo ab illo mihi datus, futura esset. Neque enim dubitabā quin lectis tribus primis libris, sequentes esset desideraturus, etiam si hi nō satis illius expectationi facilius quo quidam argomento secundas nuptias defendebat, eodem ego uenient illud sequentes legendi Mēses desiderium mihi pollicabar. Si cum prima uxore ovulicōs suauis fuit (inquit ille) quid mē est à secunda suauitas eadem speretur? si in iucunda, periculum tamen est secundi coniugij faciendum est, sperandumque fore ut huīus suauitate insuauitas illius compensetur. Eodem artē est ipse modo mihi pollicabar fore ut si ille nec uoluptate nec utilitate ex primorum Mensium letione cepisset, quae illum ad legendos sequentes alliceret atque inuitaret, at quod me sequentium diligentia, primorū et quidem hyemalium negligentiam (quam etiam ea quae frigoris comes est inertia excusare aliqua ex parte potest) compensaturum speraret, id uero ipsi maximū ad illorum letitiam in uitamentum esset. Sicut autem nunc quoque non dubito quim et tu illud ipsum sis speraturus, ita meum esse scio, dare operam ne te spes haec fallat. Me igitur daturum hanc spondeo: neque tantum alia, iis similia quae tibi hyemales mēses (quod pace Martiū dictum sit) dederint, sed aliqua præterea ex libris nondum editis excerpta tibi exhibiturum:

Sed uicissim uidendū tibi est ne me fallat spes quam de tua aequitate concepti. falleret autē, si ex hyemalibus mensibus, et de uernis et de aestiuis et de autumnalibus iudiciū facere uelles. Quod si tamen ne hi quidē tibi aliquando satisfearint, ac sua inscriptioni satisficiere dic̄ poterunt. Ideoque te etiam atque etiam rogarō ut non minus dum hos quādū dum illos leges, horum quos in illam inscriptionem lusi uersuum recorderis,

Hic si foret tuæ rudijs quicquam accideat auri,
Te meminisse uelim quid schediasma sonet!



HENR. STEPHANI
S C H E D I A S M A T V M
V A R I O R V M ,
id est, Observationum, Emē-
dationū, Expositionum,
Disquisitionum,
L I B E R P R I M V S :
qui est
Succisuarū I A N V A R I I horarū pēsum.

S C H E D I A S M A I ,
Animā à Platone dici esurire & sitire, nō
corpus: quinetiam quod animam quidā
apud Lucam euangelistam hortatur ut
edat & bibat, id cum sermone eiusdem
Platonis necnon Xenophontis conuenire.

A Q V O D A M Testamēti noui lo-
co, non dicam tanquam à Vesta, vt
est in proverbio, sed tāquam à boni omi-
nis principio, & quod non sine bonis esse
auspiciis possit, meū Ianuarii pēsum ordiar.

Ante menses plus minus octodecim
a.i.

2 H E N R . S T E P H A N I

prodiit ex mea officina Testam̄enti noui
Græci editio , parua forma , vt vulgo lo-
quimur. Eius margini, obscuriorum vo-
cum , alicubi & loquendi generum inter-
pretationes quām potui *ἀνειλεσάταις* ad-
scripsi : simul verò præfationem illi præ-
fixi, in qua longè illos falli dixi qui operis
illius sermonem incultum omnino atque
horridum esse arbitrantur. Neque verò
id dixi tantum , sed etiam probauit : pro-
bare quidem certè conatus sum, quātum
extēporaneo scripto præstari à me id po-
terat , alia in aliud tempus argumenta &
exempla referuante. Eorum tamen vñū,
quod mihi nunc in mentem veniebat, re-
præsentandum censui , quoniam posse
multorum instar esse videtur. Legimus
capite duodecimo Euangeliū Lucae, Ψυχή,
ἔχεις πολλὰ αἰσθατὰ καίπερα εἰς ἐπη πολλά.
αἴσθατάς, Φάγε, πίε, Λ' Φρεάτυς. id est, Ani-
ma , habes multa bona reposita in annos
multos : requiesce , ede, bibe, hilarem vi-
tam age. Quotusquisque autem hoc lo-
quendi genus non mirabitur : corpus e-
nīm , non animam , ad edendum vide-
mur debere hortari. At ego illo etiā mo-
do posse nos loqui , & quanuis illa sermo-
nis forma auditu primo dura sit auribus,

eiusmodi tamen esse quæ non exemplis tantum sed ratione etiam nitatur, ostendam. Vnde autem petitis exemplis: ex duobus qui & inter scriptores Græcos & inter Socratis discipulos sunt præstantissimi: Platone nimirum & Xenophonte. Vnde petita ratione? ex ipsa philosophia. Hæc enim apud Platonicum extant, Tomi secundi meæ editionis, pag. 439: Aldinæ autem, tomi posterioris pag. 56, Τοῦ διφῶντος ἀρχῆς ἡ Φυλή, καὶ τὸν διφῶντα, τοὺς ἄλλοις βούλευμα ἡ πέμπη, καὶ τὸν πρόσφετον, καὶ τὸν τοῦ δρματοῦ. Apud Xenophontem vero leguntur hæc, pag. 138, (exemplarium quæ itidem à me sunt edita) Οἱ δὲ αὐτοτυγχάνοντοι, ἐπειδὴς λιβύη, δεῖπνον παρεπέσθαι. τοῦ δὲ Φυλῆς οὗτον μὲν οὐ ταρσίετο, διφῶν δὲ εἰσόκαι, καὶ εἶπεν οὐδέως. Quibus exemplis quantius lector contentus esse possit, atque adeo contentus, ut opinor, futurus sit, tertium tamen adiungam, ex codem Xenophôte scriptū, in extrema pag. 414. τοῦ μὲν οὐδὲ τοῦ Φυλῆς προτεταρσίματο (loquitur autem de Socrate) τοῦ δέ σαν οὐδέως η Φυλῆ δέχεται, ταῦτα ικανάς εἰσθνάτε. Quidam autem non solum exemplis sed etiam ratione illud genus loquendi niti dixerim, illis allatis hæc proferenda est. Eam igit.

a.ii.

4 HENR. STEPHANI

tur ex Socratica apud Platonem philosophia de promissione, pag. 34 & 35, Tomi secundi meæ editionis. Primum τὸ διψῆν (quæ autē τὸ τοῦ διψῆν dicuntur, ea sunt & τὸ τοῦ πεινῆν intelligenda, mutata tantum πόματος appellatione in βερθυγέτος appellationem statuitur esse τὸ κενοῦσθαι: id est que οὐκ εστὶ θητυμία, & quidem non aliud rei quam τὸ ληρώσεως πόματος. Vnde verò hæc θητυμία proficiscitur? ἐκ τῆς φύσης, quæ ibi dicitur τὸ τὸ ληρώσεως ἐφάνεσθαι τὴν μνήμην. Summa enim disputationis hæc est, Sitire non aliud est quam vacuari (vel potius, vacuatum esse) ex vacuatione nascitur cupiditas eius quod vacuationi contrarium est: repletionis videlicet. sed quium corpus repletionem apprehendere non possit, quia non id ipsum quod patitur, sed quod ei contrarium est concupiscit: superest ut illam ab anima dicamus apprehendi, memoriam adminiculo. Ex ea certè disputatione cuius summa hæc est, tandem hæc colligit Socrates, Corpus igitur nostrum nequaquam sitire, aut esurire, aut aliquid tale pati, ratiocinatio hæc euincit. Differam autem de hoc Platonis loco a-

libi copiosius : interim ex eo paritet & Xenophonte habebit lector quæ cum illo conferens Lucæ loco , eam sermonis formam mirari aut etiam aspernari desinat. Quanuis enim is non sim qui Testamenti noui sermonem , quod ad genera loquendi attinet , exigere velim ad normam eius quo usus sit ullus ex scriptoribus profanis , lubenter tamen partim antea ostēdi , partim nūc ostēdo , nōnulla etiā esse quæ ab horū cōsuetudine loquēdi abhorrire falso existimentur : quū si non apud omnes , apud quosdam saltem , cōsque primarios , illorum exempla inueniantur. **Q**uod autem à me & ostensum antea fuit , & nunc ostenditur , idem alio etiam tempore , aliis exemplis , D̄eo fauente , ostendetur.

S C H E D I A S M A II,

De quodam Platonis loco ubi mentio fit interioris sive interni hominis , sicut à Paulo apostolo.

DOCTRINAM philosophicā de moribus (quā vocant ethicē) cum Christiana velle comparare , nihil aliud esset
a.iii.

6 H E N R . S T E P H A N I

quām turbidām lacunarum aquām aut etiam fœtidā cum manāte ex limpidissimis fontibus aqua conferre. Pleraque tamen differentes de moribus philosophos audimus, quæ, si modō scopum doctrinæ illorum non spectes, ne Christianorum quidē vel auribus vel etiam ore sunt indigna. Primam autem hac in parte laudem inter antiquiores meretur Plato: apud quem obseruatione & animaduersione dignissimum hoc est (vt alia nonnulla prætermittam) quod sicut à diuo Paulo, ita etiam ab illo quidam interior homo, siue internus, constituatur: vno τὸν ἔσω αὐθεότον, altero τὸν ἔντος αὐθεότον cu[m] appellante. Legimus enim apud diuum Paulum epistolæ ad Rom. capite septimo, (quo nunc loco ero contentus, quum & alibi verbis illis vtatur) σωμάτῳ γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω αὐθεότον, Βλέπω δὲ ἐπεργνόμον εἰ τοῖς μέλεσι μου αὐτοὺς εχετευθρον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἱχμαλωτίζονται με τῷ νόμῳ τῆς ἀμαρτίας τῷ ἐν περὶ τοῖς μέλεσι μου. Apud Platone quoque locus extat in quo τοῦ ἔντος αὐθεότον, (sicuti dixi) fit mentio. Is est libro nōnō De republ. pag. 589. mæx editionis, οὐκεῖν αὐτὸν διηγεῖται λέγον λυσιπελεῖν. Φαίη

αὶ δῆν τῶν ταῖς περίθεσιν καὶ τῶν ταῖς λέγεσιν ὁ θεός
 Τοῦ αὐθεόπου οὐτούς αὐθεόποις ἐστιν εἰκόνεστε-
 σαντος. Est autem hæc Platonis Τοῦ οὐτούς
 αὐθεόπου appellatio consentanea simili-
 tudini cuiusque qua usus erat in iis quæ pro-
 ximè præcedunt, atq; ad eam refertur: sic
 ut & illa quæ his subiungit eodem spectat.
 Quum autem duos proponat, quorum
 unus vtile esse dicat iniustè agere, alter
 contrà vtile esse contendat iustè agere,
 interioris hominis dominatum ex iustis
 actionibus pendere ait. Cæterū qnum
 diutum Paulum, sicut poetarum Græco-
 rum ita etiam philosophorū libros euol-
 uisse cōstet, (quod cum propter alia mirū
 videlicet nō debet, tū verò propter id quod
 Strabo de Tarsensibus testatur, eos philo-
 sophiæ aliarūmq; disciplinarum quæ en-
 cycliæ vocantur studio Alexandream at-
 que ipsas adeo Athenas superasse) non in-
 credibile fuerit fortassis eum in hunc etiā
 locum aliquando incidisse: longo autem
 pōst tempore hanc epistolam scribētem
 genus hoc loquendi ē tenebris in lucem,
 produxisse: id est, ē tenebricosa doctrina,
 aut saltem sublūstri tantūmodo, ac solūm
 malignam "quādam lucem habente (vt
 malignam lunæ vocat lucem Maro) ad

a.iii.

8 H E N R . S T E P H A N I

eam traduxisse doctrinam, quæ autorem
habet eum cuius luce animi nostri magis
quam solari corpora illuminantur. Apo-
stolus igitur per interiorem hominem
eam hominis partem intelligit qua reno-
vatus est per Spiritum sanctum, sicut per
exteriorē (quā subiicit legi membrū) ho-
minem non regeneratum: quem etiam
ψυχὴν alibi appellat, & opponit πνεύ-
ματικῷ: at Plato, hominis interioris appella-
tione, hominem quatenus ratione vti-
tur: exterioris verò, eundem, quatenus affe-
ctibus non ratione regitur, significat: quē
admodum & Aristoteles duas animi par-
tes, unam, λόγον ἔχοντα, alteram, ἀλογον
constituit. neque enim philosophorum
mentis acies tam acuta esse potuit ut præ-
cipiram hominis vitiositatem in ipso λο-
γῳ inesse persiceret. Plato autem λογ-
ισμὸν & ἀλογίσμον appellatioibus lubenter
vtitur (sicut rationem non minus λογ-
ισμὸν quam λόγον vocat) & alicubi τὸ οὐτι-
ζυμητικὸν adiungit τὸ ἀλογίστῳ. vt De re-
publ. 4, (pag. 439, meæ editionis) τὸ μὲν
(inquit) ὁ λογίζεται, λογισμὸν περισταγο-
ρεῖν τῆς ψυχῆς τὸ δὲ ὡρέατε πεπειθῆται
διψῆ, καὶ ταῦτα ἀλλας οὐτιζυμίας ἐπίσημα,
ἀλογίστῳ τε ē οὐτιζυμητικὸν, πληρώσαντα θεατὰ

S C H E D I A S M . V A R . 9

καὶ οὐδεναῦ ἐπῆργον. quo quidem loco non
οὐδὲ μέρη τῆς ψυχῆς esse dicit, ut Aristoteles,
sed αὐτὸς εἶδεν τὴν ψυχὴν ἔνοντα.

Iam verò & quod ad præclaram illam
Pauli apostoli *αἵτινεσχέτεντα* attinet, ubi di-
cit, Βλέπετε δὲ ἐπειγον νόμον τὸν θεῖον μέλεσι μου
αἵτινεσχέτενόμηδον τοῦ νόμου τοῦ νοός μου, talis
etiam apud Platōnem est eodem in loco
illorū duorū quæ dixi *λογιστικοῦ* & *ἀλογι-
στοῦ* descriptio, ut *αἵτινεσχέτενάθη* dici pos-
sint: quum ait unum *πελλέν* ut hoc vel
illud faciamus, alterum autem *πελλέν*,
atque adeo *αἱ τέλεια*: sed ita ut totam cul-
pam conferat in illud *ἀλογιστον*: quum ad
illud arcanum cuius paulo antè mentio-
neum feci penetrare non posset, ex quo i-
psum etiā *λογιστικόν*, in sua natura manens
(id est , antequam Dei fauor illud instau-
ret) ad vitia nos impellere cognouisset.

S C H E D I A S M A I I I ,

*De quadam comparatione, sive quodam ex-
emplo quod à Platone & Paulo apostolo
affertur, utroque ad studium eius de qua
loquitur victoria exhortātē.*

LECTRORI cogitandum relinquam
an quod de præcedente Platonis loco
dixi, magis credibile de illo quicunq;

proferam, esse possit: diuum Paulum cius recordatum fuisse quum exhortatione quadam vteretur i. ad Corinth. capite 9, in fine, ibi enim postquam dixit de iis qui in stadio currunt, omnes quidem currete, sed unicum esse qui brauium consequatur: Corinthiis vero ita esse currendū ut id adipiscantur: addit, πᾶς ἃ ὁ αἰωνίζομός πάντα ἐπειγετέσθαι, καὶ εἴ τι μὴ οὐκ, ἵνα Φιλέτον σέφανον λαβεσσον, ἥματις ἃ ἀΦιλέτον. Nam Platonī quoque (quānus interim non negem potuisse alioqui eadem diuo Paulo in mentem venire, non lecto illius loco) athletarum exemplum materiam exhortationis præbet, & quidē ad studiū adipiscendæ victoriæ quam itidem athletica victoria multo præstantiorem & optabiliorem esse contendit. Hæc enim sunt eius verba, De legibus libro 8, (pag. 840, mæ editionis) postquam mentionem fecit quatuor athletarum qui celeberrimi fuerunt, πίστην, οἱ μὲν ἀρχαί νίκης ἐνεγκαπτάλις καὶ δρόμων, Εἴ τοι διούτον, ἐπόλυποις απέγειρα λεγομένους πολέμους τῶν τοῦ πολλῶν δύδαμονος· οἱ δὲ γῆμάπερ ποῦδες αἰδηνατήσσοις καρτερεῖν πολὺ καλλίσσοντος ἐνεγκάντης; Vbi quod Plato νίκην, id est victoriā, appellat, diuus Paulus σέφανον, id est

coronam, vocat, id quod præcedit, intelligens ex eo quod sequitur: (quod hac de re loquentibus visitatissimum est) atque ut Plato, athletarum cōtinentiam siue abstinentiam commendans (qui , in iis quæ proximè præcedunt , rem eam nominauerat ex cuius præcipuè abstinentia laudem quatuor eorum celeberrimi merebantur) verbo ἀπέκειναι , adiecto illi suo genitiuo, necnō verbo καρπάνειται vtitur , ita diuum Paulum verbo ἐγκεκρίεσθαι , quod illa duo comprehendit, vti videmus. Nihil tamen magis h̄ic quām in iis quæ antea protuli, sacra cum profanis aut profana cum sacrī conferre volo (absit ut committam quod in alio abominarer) sed lectorem hoc saltem considerare cupio, quomodo ab eorundem exemplo argumentum exhortationis ad desiderium ac studium victoriæ sumperint , & quidem quam vterque multo athletica præstantiorem esse ait : quanvis ille de adipiscienda beatitudine philosophica (id est , philosophicæ doctrinæ seu philosophicis regulis consentanea) hic de consequenda beatitate Christiana loquatur,

SCHEDIASMA IIII,

De pulcherrimo quodam Horatij dicto quod ex quodam Platonis loco sumpsit: simul autem de genuina loci illius Platonici interpretatione, & de quorundam in ys que illum proximè sequutur emendatione.

EX GRAE C ORVM scriptorū, cùm aliorum, tum verò philosophorum libris præclaras sententias quidam è Latinis poetis hauserunt, potissimum verò Horatius. Præter illos autem locos in quibus id factum ab eo esse alii obseruarunt, quidam à me obseruati fuerunt: sed ego nunc iis contentus esse cogor quos in hi suggesterit memoria, ac lectorem mecum iis esse contentum par est. Incipiam igitur à pulcherrimis illis & verè auris poetæ illius verbis, humanam mentem, diuinæ auræ particulam appellantis. Locus is extat Satyra secunda libri posterioris, vbi scribit,

- *quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægra-
uat vnā,
Atq; affigit humo diuinae particulæ aure.
Nihil enim aliud hīc (vbi legitur etiam*

affligit humo) cum intellexisse puto diuinæ auræ appellatione quam quod Plato vocat τὸ θεῖον in animo, circa finem libri De republica 9. Hæc enim ibi leguntur οὐχεῖν
ία γαγή ὁ Τιτάνς ὑπὸ ὅμοίου ἀρχηγού οἰουπερ
οἱ Βεληνεῖς, οὐδὲ λογοτεχνῶν Φαιώνιος οὐδὲ θεῖον σκέψεων τὰ βεληνίσου καὶ ἔχοντος εἰς αὐτῷ τὸ θεῖον ἀρχηγον, vbi ἔχοντος εἰς αὐτῷ τὸ θεῖον ἀρχηγον significare dico, Habentis in seipso dominatum eius quod diuinum est, siue Subiacentis imperio & dominatui eius quod diuinum est, atque id intra se habentis. Neque vero dubium mihi est quin ista adeo honorifica appellatio τὸν λογιστικὸν tribuatur, & quin cum eo quod ἀλόγιστον dicitur, comparatum, θεῖον meritè vocetur. Ideoque probare non possum eas interpretationes quæ τὸ θεῖον ἀρχηγον diuinum imperatorem esse volunt: quum nec τὸ θεῖον ἀρχηγον idem significare quod τὸν θεῖον ἀρχηγον possit, &, si posset, minus aptum huic loco futurum sit. Sed & in iis quæ proximè sequuntur, non video cur non Τῦ θεῖον & Φεονίμου in genere neutro itidem accipiamus, vbi dicit ἀλλ' αὐτὸς ἀρχεῖνος εἰς πάντα τὸν θεῖον καὶ Φεονίμου ἀρχεῖν. Verum quæ proximè sequuntur, medo, vel potius mēdis carere nō videtur. hæc enim subiungit, μάλιστα μὲν οἰκεῖον

έχοντος τὸν αὐτὸν, εἰ δὲ μη, οὐκωθεν εἰ Φεστῶτος.
nam scribendum crediderim ἔχοντα & εἰ-
Φεστός : vt refratur ἔχοντα ad παντά, at cum
εἰ Φεστός, sicut & cum οἰνεῖον, intelligatur
τὸ δεῖον τοῦ Φεστούμον.

Iam verò quod ad hæc eiusdem poetæ
& eiusdem versus attinet verba, *Affigit humo*, siue *Affigit humo* (vt alios legere di-
xi) conueniunt cum iis quæ non multo
antè à Platone dicuntur , nimirum ini-
tio pag. 586, mœx editionis.

S C H E D I A S M A V,

*Horatium, ubi quanta sit ira vis describit,
sensum verborum Platonis pulcherrimè
exprimere. Eundem poetam quodam
ibi verbo uti quod aliter etiam posse ex-
poni videtur quam vulgo exponatur.*

HO R A T I V S Ode 16, libri primi, ve-
niam à puella petes, cuius fama versi-
bus suis læserat, & culpam in iram trâfie-
rens, postquam dixit,

*Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius,
Non Liber aequus: non acuta
Sic geminant Corybantes crâ,
Tristes ut iræ:*

hæc adiicit,

- *quas neque Noricus*

Deterret ensis, nec mare naufragum,

Nec saevis ignis, nec tremendo

In piter ipse ruens tumultu.

Quibus verbis posterioribus Horatium describentem vim iræ, simul vim verborum Platonis de illa, paucorum quidem sed valde significantium, expressisse dico: nec tātūm expressisse sed etiam ἀθεράσσει. Hæc enim ab eo scribūtur De republ. lib. 2. (pag. 375, meæ editionis) ή τοι εὐνόης αἱς αὔραχόν τε Εἰ αἴνητον θυμός; Quibus quum esse contentus posset, addit, εἴ παρεγνότος, Φυχὴ πᾶσαι τεῖχες πάντα ἡ Φοβός τε καὶ αἱ θῆται. Possem autem multa aliorū dicta de iræ vi & potentia referre, sed non æquè cum illo Horatii loco cōuenientia.

Quandam autem nominis *incola* quo h̄ic vtitur Horatius expositionē affera, velut εὐπαρέδω, omnino fortasse nouā, non ridiculā tamē, opinor, futurā. Dico tñim parū mihi placere vt *incola Pythius* sonet. Qui Pythona in colit: faciliūsque posse adduci vt credam, Διηγεμενῶς (id est, di-thyrambica quadam audacia) esse dictū *incola*, quòd eorum mentem incolere videatur dum eos numine suo afflat: per-

inde acsi diceretur illorum mentem, tanquam domicilium suum, aut sedem suā,
κατέχειν: eo modo quo *καπηλόμενοι θεού*
θεοῦ, vel *κάτοχοι του θεοῦ* dicuntur qui vni-
ca etiā voce *θεοφορούμενοι*. Atque adeo, si
sacrorum uti verborum exemplo liceret,
ac non vererer ne illa profanare dici pos-
sem, addēsem ita dictum esse illud *incola*
vt à Paulo apostolo, *Ἄλλη πλέοντος αἰώνιον*
τοῦ ἐνοικουμένου εἰναι οὐκέτι. Hæc illa est expo-
sitione quam nouam forē puto, quoniam à
nemine adhuc est allata, quod sciā. Quid
si verò eam antea quispiam attulisse com-
periatur? hoc certe animum mihi ad eam
amplectendam addet.

S C H E D I A S M A V I,

*Virgilium & Horatium etatem puerilem mi-
litare assuefaciendam censuisse; & Horatium
in dando ea de re consilio ad Platoni-
nis locum posse videri respexisse. De ca-
tulorum exemplo quo ibi Plato utitur.*

A S S U E T U D I N E nihil esse maius
cecinit Naso: & quoniam
-nihil assuetudine maius,
idco alibi dixit idem,

Quod male fers, assuefice, feres bene.

Quām

Quām verum autem hoc sit , nihil maius esse assuetudine , sicut quotidiana experiētia ita & quotidiano prouerbio docemur , quo dicimus consuetudinem esse alteram naturam . Transit enim in consuetudinē id demum cui assuēsumus . Sed multa sunt quibus à teneris assuefcere oportet : sicut loquutus est Maro , Georg. 2,

- adeo à teneris assuefcere multum est.
yel (vt in aliis exempl. scriptum est) *- adeo in teneris consuefcere multum est.* Itaque quum dixit , *Aßuetumque malo Ligurem* , credibile est intellexisse Assuetum à teneris malo . id est εἰδησμόν τῇ κακοπαθείᾳ , siue σιδησμόν κακοπαθεῖα , aut κακοπαθῶς ζῶ . Ac memor idem poeta , adeo multū esse à teneris assuefcere , & in brutis etiam animantibus locum habere , cecinit eodem libro ,

Tu quos ad studium atque usum formabis agrestem ,

Iam vitulos hortare , viamque insistere domandi ,

Dum faciles animi iuuenium , dum mobilis etas .

Quis autem dubitet quin militia ex iis sit quæ hāc à teneris assuetudinem postulat ? In ea certè sententia se fuisse ostendit

b.i.

idem poeta, his versibus,

-sub te tolerare magistro

Militiam & graue Martis opus, tua cer-
nere facta

Incipiat, primis & te miretur ab annis.

Sed expressius (vt ita dicam) suam hac de
re sententiam declarat Horatius, quum
etiam det de ea consilium : in principio
odes secundæ libri tertii,

Angustam, amici, pauperiem pati

Robustus acri militia puer

Condiscat : & Parthos feroceſ

Vexet eques metuendus hasta:

Vitamque ſub dio & trepidis agat

In rebus.

Atque hoc consilium quum daret, vide-
ri potest ad ea respexisse quæ Plato librò
De republica quinto (pag. 467, meæ edi-
tionis) scribit, Την τινας αιδεστέον
ως νεωτέροις, οἳ διδάχουσιν ἡτοῖς
ἐφ' ἵππον, αὐτέον θῆται γέαν. Vel potius
ἐφ' ἵππον iungere debemus cum αὐτέον, vt
admonui in meis in Platonem annota-
tionibus. effet enim pleonasmus prope-
modum ridiculus, addere ἐφ' ἵππον post
ἵππειν. Neque verò iubet Plato (sicut ta-
men Ficinus & alii interpretantur hunc
locum) vt cōfusescat equitare primis ab

annis pueri, & quā hoc didicerint, inequis ad spectaculum belli ducantur: sed ut prima sint eorum equitationis rudimenta (si ita loqui licet) quum ad illud belli spectaculum ducentur in equis. Nam διδαχόμενος dicit, non διδαχαμένος. Iamq; inde (inquit) à prima pueritia tollendi sunt in equos [vel, imponendi equis] ducendiq; ad belli spectaculum, vt eos equitare doceamus. Ad verbum , Ducendique nobis ad belli spectaculum , eos equitare docturis. Facit autem huius rei mentionem Plato & alio in loco , quem habemus libro eiusdem operis septimo, pag. 537, Οὐκοῦν μηνὸν δεις ὅτι καὶ εἰς τὸν πόλεμον ἐφαρμόσεις τῷδε εἴ τοι αὐτέον ἐπί τῷ ιστόν τερποῖς; (reducit autem in memoriam locum quē modō protuli) Καὶ αὐτὸν αὐτοφάλας οὐ, τοσούτον εὔγειαν, καὶ γενέσιον αἴματος, ἀστερὶ τοις σκύλαις; Id est, Nonne dixisse nos meministi ducendos in equis esse pueros ad spectandum bellum? &, si quis tutus sit locus, propè esse admouendos? & sanguinis, nō fecus ac catulis, gustum præberi optere? Quod autem de catulis dicit, de iis intelligendum est qui assuefiunt iis quæ ad venationem seu venandi artem pertinent. vt assuefactus erat unus illorum

b.ii.

20 HENR. STEPHANI

quos Lycurgus in concionem dimisit, & qui, quum Lycurgus leporem & patinam in medio posuerit, statim ad leporem contendit, quum alter ad patinam prosiliret. Quorum exemplo, præsertim quum iisdem nati essent parentibus, ostendere voluit quantum posset assuefactio, quantum educatio & institutio. Dixi autem, Iisdem parentibus, quod Plutarchus, hanc narras historiam in libro *τελονομίας αγωγῆς*, itidem *γονέων* dicere non reformidavit.

Cæterum in eo est aliquid inter locum Platonis & Horatii discriminis, quod Plato de prima pueritia loquatur: quippe qui dicat *τὸς νεωτέρως*, & antea dixerat *παιδία*: at quæ Horatius dicit, illi potius puero conueniant quem Græci non simpliciter *παῖς*, sed vna syllaba præfixa *Εὐπαῖς* appellant. Ac mihi assentitur Porphyrio, qui *Robustus puer* exponit, Quum iam robustus est (ita enim apud eum scribendum est, non autem, Quum ita robustus est) ac per hoc quum adolescens est. Quinetiam quod de pauperie patienda dicit, tam teneræ attati non quadrat. Eam autem malii appellatione comprehedisse videri possit Maro, in eo cuius antè mentionem fe-

S C H E D I A S M. V A R. 21.
ci, hemistichio, *Affuetumque malo Li-*
gurem.

S C H E D I A S M A VII,
Admonitio de deprauata Ficini interpreta-
tione cum alibi, tum in eo loco qui citatus
fuit precedente Schediasmate: & de ijs
qua ibidem sicut ille ita & alijs male sunt
interpretati.

S C H E D I A S M A proximè præcedens
occasionem mihi præbet admonendi
lectoré de quibusdā locis in Ficini inter-
pretatione deprauatis. Religio enim mihi
fuerit lectorem celare quod & cautiorem
reddere, & Ficinum apud eum in scitiæ su-
spicione liberare (quod ad quosdam locos
attinet) potest. Sic igitur habeto. quicun-
que hasce meas commentationes lectu-
rus es. Quū ego in eo quod proximè præ-
cedit schediasmate dicarem Platone vel-
le pueritiam militiæ assuefieri, & initio
eius spætiatricem saltē esse, & ipsius ea de
re verba retulisse, placuit, quæ genuina
esset eorum interpretatio, & quid in iis
vertendis Ficinus peccasset, ostendere: quū
quædam ibi non satis fideliter eum verti-
se recordarer. Quum autem non aliam in
mea bibliotheca inuenire subito possem
b.iii.

22 HENR. STEPHANI

editionē interpretationis illius quam Lundunēsem, anni M. D. LVI. quæ in titulo vocatur Noua editio, adhibita Græci codicis collatione à duobus doctissimis viris castigata: eam in manus sumpsi, & ad locum quo mihi opus erat veniens, eum ibitalem inueni. Quomodo istud ait? Imponendi sunt equis, ut statim à pueris equitare discant, & ducendi ad spectaculum equorum, non ferocium quidem aut nimium bellicosorum, sed quamvelocissimorum & habenis facile obsequientium.

Platonis autem verba hæc sunt, πάλις λέγεται; εἴφη. Εἶπε Τούτοις (λοιδήρων) αἰσθατόν, ως νεωτέρους· οὐδὲ διδαχούμενοις ιππούσιν, εἴ φέτη πάντων αἰτίους τοῦ θέατρου, μηδέ μοιδῶν μηδὲ μεμχυτικῶν, ἀλλ' οπιθωμέντων ή διλειπόντων. Illa vero Ficini interpretatio cui siue corretrices siue deprauatrices manus adhibitæ non fuerūt, habet hæc ipsa verba, Quomodo istud ait? Equitare consuecant primis ab annis pueri: quānque hoc didicerint, equis ad spectaculum belli ducentur, non ferociibus quidem aut nimium bellicosis, sed quamvelocissimis & habenis facile obsequētibus.

Rectè profecto interpretatus erat, &

sensum verborum Platonis expresserat Ficinus, quem pueros ad spectaculū belli ducendos esse diceret, & quidem in equis non ferocibus aut nimium bellicosis: contrā verò castigatores illi à sensu verborū huius philosophi procul aberrarunt, quū dixerunt ducendos esse ad spectaculum equorum, non ferocium aut nimium bellicosorum. Nam præterquam quod ex præcedentibus manifestissimū est Platonem non loqui de ducendis pueris ad spectandos equos, sed ad spectandum bellum (quippe qui dixerit θεωρεῖς πολέμου Τις πάγδας ποιῶν) non scriptum est hoc in loco, αὐτέον δὴ τὸ ιππων θέαν μὴ θυμοειδῶν, sed εἰφ' ιππων αὐτέον δὴ τὸ θέαν μὴ θυμοειδῶν: quod nihil aliud significare potest quam si verba hoc essent ordine collocata, αὐτέον δὴ τὸ θέαν εἰφ' ιππων μὴ θυμοειδῶν, &c. Relinquit autem subaudiendum genitiū πολέμου, quod præcessisset θεωρεῖς πολέμου. Vide quam turpiter deprauarint Ficini interpretationem castigatores illi, dum eam sibi videntur emendare: simūlq; si fortè vñquā locū illum in ea editione Lugdunensi legens, Ficinum inscitiae accusasti, nunc contrā, vicē eius commiserans, veniam precare. Ad priorē
b.iii.

24 H E N R . S T E P H A N I

quidem certè loci huius partem quod attinget, in ea castigationem merebatur interpretatione Ficini, ut ex iis etiam apparet quæ dixi in proximè præcedente Sche diasmate : sed prioris partis castigationi (& quidem non satis exactæ) posterioris deprauatio subiungenda non fuit.

Reddat igitur te cautū, lector, hæc admonitio, quum illam editionē aut aliam (siqua est) ad illius exemplar excusā in manus sumes. Sunt enim & alii plerique loci in quibus talis iniuria interpretationi Ficini facta fuit. Quorum vnum est qui vt in memoriam primus nunc venit, ita fortasse commemoratione præ multis aliis est dign⁹ in epistola septima. vbi primum quidem quum Ficinus hæc de Dionyso verba εἴτε ἀδελφῶν οὐς ἐθρέψετε αὐτὸς νεωτερος, ita esset interpretatus, Neq; ex fratribus suis iunioribus quos ipse educuerat, illi castigatores ita hic interpretationem eius mutarunt, Neque ex fratribus suis quos ipse à pueris educauerat: (quasi vero Plato, si id significare voluisse, aliter loquuturus non fuisset: & fieri non possit vt quis fratres paulo se iuniores educet, quos vt iam inde à pueris educaret, fieri non potuerit) deinde quum hæc verba,

Δαρείου ἐπιταπλασίας Φαντόπεργες ἐγένετο,
ὅς τὸν ἀδελφοῖς πατεύοντος, καὶ οὐ πάντας τραπέσθαι
Φέιστον, κρινωνοῖς ἐμένοντις τοῦ Μήδου τοιχοῖς
Δινούχου γειράσσοντος, διέβαλε τοιχοῖς μετὰ
ἔκαστα Σικελίας πάσοντος ἐπίτηδα, τοιχοῖς ἐχρήστοι τοῖς κρινωνοῖς, &c. ita vertisset Ficinus,
Septies dexterior Dario, qui neque fratribus
confidēs, neque his qui sub eo educati fuerant, sed sociis duntaxat Midæ eunuchiq;
captiuitatis, partes diuisit septem, singulas
maiores tota Sicilia, assignauitque singuli-
lis, atque eos naetus est fidos regni socios,
neque vel sibi vel inuicē insidiātes. Quum
inquam locum hunc ita Fic. vertisset, ca-
stigatores illi sublato genituo illo Captiu-
itatis, scripserunt, Sed sociis duntaxat Mi-
dæ eunuchique. Atqui falsum hoc est, il-
los fuisse socios Midæ, vel potius Mediūma-
lè enim Midæ, quasi Μίδον, nō Μῆδον, scri-
ptū esset, verum contrā quod interpres ille
scripserat, fuisse socios captiuitatis illius:
sed ita ut fatear captiuitatis appellatione
abutēdum esse, ita loquendo: alioqui bār-
bara voce captiuationis vtendum: quum
Plato dicat γειράσσοντος. Interim hoc mani-
festum est, eos locum deprauasse quem
ille si non Latinè, fideliter saltem inter-
pretatus erat: quum ii de quibus loquitur

non socii Medi fuisse dicantur, sed socii Darii in Medo capiendo atq; opprimendo. *hæc enim vis est illius vocabuli χειρο-*
στως. Contrà verò errorem grauiissimū qui huic loco subest non deprehenderūt, istis videlicet verbis, Qui neque fratribus confidens neque his qui sub eo educati fuerant, &c. *Hæc enim sensum verborū* Platonis omnino peruerunt: quippe qui quiduis potius quam hoc dicat, Darium fratribus non confidisse, neque iis qui sub eo educati fuerant: sed scribēs, *καὶ ἀδελ-*
φοῖς πιστόντας, καὶ δὲ ὑπ' αὐτὸς τελεῖσθαι, intelligat *τίς καὶ οὖν ἀδελφοῖς, καὶ δὲ ὑπ' αὐτὸς* *τελεῖσθαι,* id est, Cōfidens iis qui neque fratres ipsius erant, neque ab eo educati fuerant. Nā particula negatiua *καὶ* nō iungitur cum participio sed cum datiuo *ἀ-*
δελφοῖς. Hic enim est pulcherima Dionysii cum Dario non dicam comparatio, sed antithesis: quod Dionysius adeo male suis rebus cōsuluerit & tam inconsultè se gesserit, vt nullum inuenire potuerit quē imperii socium faceret, nullum inquam nō modò ex familiaribus suis sed ex ipsis etiam fratribus: quanuis eos & educaisset, quum se iuniores essent, & ex priuatis ad honores amplissimos euexisset (nam

hæc quoque de fratribus dicuntur, & male aliò quām ad eos referuntur) atque adeo ex inopibus longè ditissimos reddidisset : Darius contrà ita rationibus suis prouiderit ut imperii socios habuerit, & quidē tales ut iis fidere potuerit, quanuis neque fratres eius essent, neque eos educauisset, sed tantūm operam illi suam in opprimendo Medo & eunicho præbuisset. Hic sensus planè est aliorum interpretationi contrarius, sed tamen verus. Cæterū huius loci cum iis quæ ab Herodoto & Iustino narrantur collationem habent meæ in Platonem annotationes.

Quidam verò sunt loci in quorum interpretatione quum Ficinus peccauerit, ita tractantur ab illis duobus castigatoribus, viris scilicet doctissimis, ut error non tollatur, sed alio (& quidē interdum parvus magno) commutetur. Nonnulli etiam sunt in quibus Ficini interpretatio vna ex parte emendatur, ex altera depravatur. Exemplum est in eodem epistolarum opere (ne ab illo nunc discedam) & quidem in quodam loco qui in epistola ad lectorum editioni præfixa commemoratur, & velut in triumpho dicitur. Ea igitur quæ ibi sunt verba apponam. In epistolis

(inquiunt) hunc insignem locum offendimus. Nemo, mediocriter saltem eruditus, ignorat Latomias carcerem fuisse Syracusis, sic dictū à lapidibus excisis. Plato igitur, in epistola secunda ad Dionysium Siciliæ tyrannum sic scribit, ὅπιος· πόλεως Ἐφιλιστίων εἰ σὺ αὐτὸς, οἵτε περιθύμως Αἴγαραζε. τὸν δὲ τῷ λατομιαῖς οὐτοῖς αὐτοῖς. Quilocus ad verbum expressus hoc significat, Promisit mihi Philistion, si tu cum dimiseris, Athenas celeriter vēturum. Recte feceris si tu eum ē Latomiis dimiseris. Quibus hæc addunt illi boni viri, Hæc est illius loci facillima interpretatio. at in editionibus aliis legebatur hoc modo, Lithotoniensem verò illum dimissse laudabile fuit. Haecenus illorum verba: nunc tibi lector ostendere volo, verum esse quod dixi, loci huius interpretationem Ficini, si mutetur in eam quæ h̄c proponitur, ex parte emendari, parte cōtrā deprauari. Esto enim illa verba εἰ τὸ λατομιῶν αὐτοῖς recti in hac reddi: at duo certè in cæteris verbis peccantur, quæ Ficinus non peccauerat. Vnum est quod οὐτοῖς αὐτοῖς, vertitur, Recte feceris si dimiseris: quum significant, Recte fecisti quod dimiseris. Alterum, quod τὸ ita redditur ac si idē valeret quod εἰ, (quod

quām alienum sit à sermonis Græci consuetudine pudet dicere) idēque hæc de Philistione, cuius fit mētio in iis quæ proximè præcedunt, intelligenda essent : quā de alio dicantur , vt in meis annotationibus ostēdo: in quibus alia etiā de hoc loco à me scribūtur. Nunc ista de depravatricibus castigationibus interpretationis Ficini dixisse sit satis, ad cā ab iniuria, quātum in me est, vindicādā: quā alio qui multis in locis castigatione indigere, re ipsa osteridi in mea Platonis editione quæ ante paucos dies in lucem prodiit. nam & in iis quæ margini sunt adscripta, & in annotationibus, plerunque & ab illa interpretatione & ab aliis quæ illam sequuntur discedo, & quidem in nōnullis etiam qui magni momenti sunt locis. Quod siue cum ratione fecerim, siue secus, testatur saltem me in illius verbā minimè iurasse. Quod si quis obiciet me in Laurentii Vallæ interpretatione Herodoti & Thucydidis ausum idem esse quod castigatores illi in Ficiniana ausi sint, id ego ei pernegabo: quum intactam illi suam interpretationē reliquerim, margini castigationes meas adscripsi contentus. Quas tamē sibi falsas non videri illi saltem ostenderunt qui ad conficiendas nouas interpretationes nulla me-

30 HENR. STEPHANI
liora adminicula quām illas habuerunt,
vt collatio ipsa ostendet.

S C H E D I A S M A V I I I ,

*An verè à Cicerone dictum sit, Latinam
appellationem Conuiuum meliorem esse
quām Græcam Symposium.*

GRÆCORVM vt mores & instituta
Ita etiam sermonem exagitandi non
lubenter occasionem prætermisit Cicer-
ro. De illorum moribus ab eo reprehensis
alius erit dicendi locus: nunc de sermo-
ne hoc dico, eum inuidē potius quām ve-
rè loquitū alicubi de illo posse videri: sed
quōd epularem amicorum accubationē
(sive accubitionem) maiores suos melius
nominasse ait quām Græcos Compota-
tionem sive Concœnationem, hoc ego
si nō inuidē at ridiculē certē potius quām
verè ab eo dici persuasum habeo. Ac in
meo quidē dialogo qui inscriptus est Ni-
zolioididasculus, sive Monitor Ciceronia-
norum Nizolianorum, in Camilli per-
sona hanc Ciceronis reprehēsionem repre-
hendi: ac primū quidē dixi, ipsum Ci-
ceronem de prima & maximē propria
nominis huius significatione loqui quam
maiores eius illi dederint: sed postea latius

(vt fit) extēso illius vſū, Conuiuum fortassis appellatam fuisse eorum accubationem epularem, qui quum amicitia iuncta non essent, ad easdem tamen epulas in uitati conuenirent : deinde verò (quibusdā interiectis) honestiorem Conuiuii appellationem esse negauit, quām *Συμποσίου* vel *συνδέμεται*, id est Computationis vel Coœnationis, vt ille interpretatur. Quāmq; ibi excepisset Marcus, Ciceronianæ illi reprehensioni patrocinari volens, Atqui de ipsis etiam pecudibus vñā potantibus dici potuisset *συμπόσιον*, sicut de vñā vescientibus iisdem *συμβολήσιον* (neque enim dicere ausim *συμφάγησον*) at verò nomen hoc Conuiuum non itidem posse hominibus cum pecudibus esse cōmune quisquam dixerit, quum in eo Latini ad id respexerint quod scribit Cicero : respondeat Camillus se & illi & Ciceroni ipsi negare, Latinos ad id respexisse, & quicquā tale iis quos maiores suos vocat Cicero, in mentem venisse. Neque verò Græcis, si cō respicere voluissent, defuturā appellationem fuisse illa etiam Latina meliorem: quia ex *συμβολώνη*, vel potius ex verbali eius nomine *συμβολωνίς* deducere potuissent *συμβολίσταν*, cuius eadem quæ & illius *συμ-*

πόσιον, forma esset. Rogante autem Marco cur melior Græca hæc quām Latina illa fuisset, respondet Camillus, Quia non itidem ambigua illis fuisset suæ appellationis ratio. Atque id ex eo fieri ait quoddam ambigua sit verbi Viuere significatio: & quæ illa sit ambiguitas declarat. Cæterum quum ibi quæstionem hanc παρέργως tractans, dubium etiam lectorem relinqueré videri possim iocōne & εἰπενδύσησις, an seriò illa dixerim, nunc profiteor, non recusare me quin ut seriò Græcos reprehendit Cicero, ita mea reprehensio Ciceronis pro seria habeatur.

Iam igitur, non εἴθ' αἱς παῖζων, εἴθ' αἱς αὐτοδάλων (sicut loquitur quidam apud Platonem) verū πάντη πάντως αὐτοδάλων dico, Ciceronem mihi videri vocem Latinam imineritò Græcæ anteposuisse: ac mirari satis non posse quomodo illi in mentem non venerit, verbum Viuere, præter vulgarem & simplicem (ut ita dicam) significationem; aliam etiam habere: qua nimirum idem valet quod Genialiter viuere, siue Genio indulgere. Verū antequam longius in hoc sermone progrediar, ipsos Ciceronis locos profram, & quidem altius utrunque repetens.

Hac

Hæc sunt igitur apud eum Catonis verba in libro De senectute, Neque enim ipso-
rum conuiuiorum delectationes corporis voluptatibus magis quam in cœtu amicorū & sermonibus metiebar. Bene enim ma-
iores accusationem epularē amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, con-
uiuim nominarunt: melius quam Græ-
ci, qui hoc idem tum Compotationem
tum Concœnationem vocant: ut, quod
in eo genere minimum est; id maximè
probare videantur. Ego verò propter
sermonis delectationem tempestiuis cō-
uiuiis delector: nec cum æqualibus so-
lum, &c.

Non in hoc autem duntaxat loco id à Cicerone dicitur, sed in quadam epistola, vbi nequaquam vt hinc in aliis persona lo-
quitur. Nam hæc legimus in vicensima
quarta libri noni (earum quæ ad familia-
res scriptæ sunt) Sed mehercule mi Pæte,
extra iocum, moneo te, quod pertinere
ad beatè viendum arbitror, vt cum vi-
ris bonis, iucundis, amantibus tui, viuas.
Nihil est aptius vitæ, nihil ad beatè viuen-
dum accommodius. Nec id ad volu-
ptatem referto, sed ad communitatem vi-
tæ atque victus; remissionemque animo-

c.i.

rum, quæ maximè sermone efficitur familiari, qui est in conuiuis dulcissimus. ut sapiētius nostri quām Græci. illi *συμπόσια*, aut *συνδίαιμα*, id est Compotationes aut Cōcoenationes: nos Conuiua, quod tum maximè simul viuitur. Vides, ut te philosophando reuocare coner ad cœnas? Hæc ibi Cicero: qui dicit Reuocare ad cœnas, respiciens ad hæc sua verba, non longo interuallo præcedentia, Te ad cœnas itare desisse, inoleitè fero. magna enim te delectatione & voluptate priuasti.

At ego Ciceroni respondeo, quum verbo Viuerē Latini, & quidem illi etiā quos maiores suos appellat, alteram quoque illam quam dixi dederint significationem, ut id ē esset quod Genialiter viuere, (quod etiam dicitur Genio indulgere, & curare cutem sive cuticulam) rationi consentaneum esse vt in Conuiuii appellatione ad illam respexisse dicamus. Nam si tantummodo ad communitatem vitæ atque vietus respexissent, quis communitatem vitæ atque vietus in tenui etiam vietu esse néget? Negant certè testem filium aduersus patrem producerem: in cuius filii epistola legimus, Nam quid ego de Brutio dicam? quem nullo tempore à me pa-

tior discedere: cuius cùm frugi seueráque est vita, tum etiam iucundissima conuietio. non est enim sciunctus iocus à philologia, & quotidiana *αὐτηνότει*. Huic ego locum in prox. &c. Neque enim hæc iucundissima conuietio de ea dicitur quæ inter conuiuia esset, sed potius inter frugales tœnas, vt colligere possumus ex aliis quæ ibi dicuntur. Quod si Græcis vti libuislet vocabulo cui illius communilitatis vitæ atque vietus significatio inesset, de illo quod dixi statim cogitassent: de illo, inquam, *οὐμείωσις*, ad id velut deducente eos voce *οὐμείωσις*: quam Ciceroni placere adeo videmus vt relicta Latina, ea vtatur. Neque enim Conuietio dicit, cum suo filio, (apud quem malè quædam exemplaria scriptum habent Coniunctio) sed *οὐμείωσις*, in quadam ad Atticum epistola. Sed illa certè appellatione *οὐμείωσις* non declarassent tales epulas quales Conuiuii appellatio pollicetur, lautas nimirum, atque adeo geniales, vt quidam vocarunt, de quibus Epulum etiam dictum fuit sine adiectione. An verò inter epulas eiusmodi quærenda est illa remissio animorum de qua loquitur Cicero? Imò verò tales epulæ animos vñà cum corporibus præ-

c.ii.

grauant, atque affigunt humo diuinæ au-
ræ particulam, vt verbis Horatianis vtar.
Cœnæ illæ quæ dubiæ vocâtur, ex quibus
quisque pallidus surgit, συμφιλολογεῖ per-
mittūt scilicet. At Conuiuia (excipiet quis-
piam) vo cari possunt nō illæ solùm cœnæ
quæ ita sunt epulis instructæ vt dubiæ dici
queant: sed etiam quæ tantum epularum
habent, vt quum nihil superfit, nihil deficit
tamen: atque adeo quæ frugales homines,
& quidem ipsos etiam philosophos, decēt.
Nam Platonis etiā cœnā, qua Timotheū,
clarum hominem Athenis & principem
ciuitatis accepit, conuiuium à Cicerone
videmus appellari: quanuis ciusmodi fuisse
vt de ea contrarium omnino testare-
tur ipse Timotheus ei quod de cœna du-
bia dicitur ab Horatio: quum hæc efficiat
vt corpus onustum hesternis vitiis animū
quoque prægrauet vnā: at illam Platonici-
cam, non solūm in præfenti, sed etiam po-
stero die iucundam fuisse Timotheus di-
ceret. Respondeo, fatendum tamen esse,
Conuiuium propriè de illa cœnā, non de
hac dici: id est, de ea quæ illi non de ea quæ
huic similis sit. id enim inumeros prope-
modum scriptorum locos testari: ideoque
sateri simul oportere; quod & antea dixi,

appellationem illam ab ea verbi Viuere significacione esse sumptam , qua de genio indulgentibus & cuticulam curantibus dicitur : qui etiam bene viuere dici possunt . Cuius exemplo ? ipsius Ciceronis : quippe qui de asotis scribit , De fin. libro secundo , Hos ego asotos bene quidē viuere , at beatē nunquam dixerim . (vbi tamen de aliarum etiam voluptatum fruitione intelligendum est quam earum quæ in cibo & potu versantur) His autem bene viuentibus opponuntur ii qui parcè & frugaliter viuunt , vt Horatius alicubi loquitur . Verum ad exempla veniendum tandem est , illius quam dixi verbi Viuere significacionis : qua non pro Parcè & frugaliter viuere , sed pro Benc viuere , accipitur , vt quidē asoti bene viuere dicuntur . Legimus igitur inter fragmenta illa quæ in calce poematum Virgilii poni solent ,

Pone merum & talos : pereat qui crastina curat.

Mors aurē vellens , viuite , ait , venio .
Præsertim verò huius Catulliani versus meminisse multi possunt ,

Viuamus , mea Lesbia , atque amemus .

Atque vt Martialis locos omittam , in quibus verbo Viuere ita vtitur , & vitam itidē
c.iii.

appellat eam déclinum quæ est voluptaria,
 & potius ad eos veniam qui Catullo etiā
 & Virgilio(aut eo qui distichi illius est au-
 tor, quisquis sit) sunt antiquiores : affertur
 ex Lucilio, *Viuite burcones, comedones, vi-*
uite ventres. afferuntur item hæc ex Var-
 rone, *Properate viuere pueræ, quas finit et-*
atula ludere, esse, amare, & Veneris tene-
re bigas. (qui l. c. us videtur habere aliquid
 simile huic versui Nasonis, *Vtendum est*
atate: cito pede labitur atas.) iam verò &
 apud ipsum Ciceronem, non procul ab iis
 quæ ex illo attuli verbis de asotis, legimus
 ex Cæcilius Hymnide ista quæ illos in ore
 habere dicit, *Mihi sex menses satis sunt vi-*
ta, septimum orco spondeo. Cui etiam loco
 significatio illa conuenire videtur.

SCHEDIASMA IX,

Ciceronem *Bene viuere & Beatè viuere*
distinxisse, Horatio contrà passim idem
esse Bene viuere quod Beatè viuere:
(cui opponi Malè viuere apud eundem)
& Homerū itidem & ζώοντα, quod pro-
priè sonat Bene viuunt, dixisse de ijs qui
beatè viuunt: at deos dictos ab eo esse
perī ζώοντας.

*Eidem Horatio quid sit Rectè viuere, &
alicubi etiam Bene viuere.*

CHEDIASMATICI huic materiam
Præbebit locus quidam Ciceronis quē
in proximè præcedente attuli. Ex Cice-
rone enim cūm alia me afferre memini,
tum verò hæc, Hos ego asotos bene qui-
dem viuere, at beatè nunquam dixerim.
At Horatio Bene viuere aliud non est
quām Beatè viuere, Epistolarū libro prio-
re: vbi versus hi eam claudunt quam ad
Bullatum scripsit,

*Strenua nos exerceat inertia. nauibus atq;
Quadrigis petimus bene viuere. quod pe-
tis, hic est,*

Est Vlubris, animus si te nō deficit æquus.
Atque in eodem libro clauditur his versi-
bus illa quæ ad Valam scripta est,

*Nimirum hic ego sum. nam tutam & par-
uula laudo,*

*Quā res deficiunt, satis inter vilia fortis.
Verūm ubi quid melius contingit &
vñctius, idem*

*Vos sapere & solos aio bene viuere, quorū
Cōspicitur nitidis fundata pecunia villis.*

Apud eundem in illa eiusdem libri episto-
la qua Numicium compellat, legimus,

c.iiii.

*Si, bene qui cœnat, bene viuit: lucet,
camus*

Quo ducet gula: pescemur, venemur.

Sicut autem Bene viuere est illi Beatè viuere, sc̄u Feliciter viuere: ita Male viuere, est Infelicitè viuere, Miserè viuere. vt in epistola ad Sc̄euam quæ est eodē in libro,

*Nec vixit male qui natus moriensque
fefellit.*

Item Sacyra quarta libri prioris,

Nonne vides Albi ut male viuat filius? utque

Barrus inops?

Ad Ciceronem autem quod attinet, mirari quis possit, eum quos Bene viuere fatetur, quāuis nō beatè, nō itidē velle fate ri Bene cœnare. Scribit enim, Cur igitur non bene [cœnabat Gallonius ?] Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porro male, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. Sed nonne eadem ratione negare possumus Ciceroni asotos illos bene viuere: eos tamen bene viuere fatetur, beatè negat. At Horatius cōtrà Bene quidem cœnarc asotos cōcederet, bene viuere non. item : quoniam aduerbio Bene aliter vtitur cum verbo Cœnat, aliter cū verbo Viuit : vbi dicit, *Si, bene qui cœnat,*

bene viuit. Sed Cicero in eo quod asotos aut saltem asotum quendam Gallonium bene coenare negat, poetam sequitur, Luciliu[m] puto: cuius haec sunt verba,

*O Publi, ô gurges, Galloni es homo miser,
inquit.*

*Cœnaſti in vita nunquam bene, quum
omnia in iſta*

*Consumis squilla atque acipēſere quum
in decumano.*

Quæ etiam exponit ita Cicero ut in illo Bene, inesse boni significationem ostendat. Is haec loquitur (inquit) qui in voluptate nihil ponens, negat eum bene coenare qui omnia ponat in voluptate. & tamen non negat libeter unquam coenasse Gallonium (mentiretur enim) sed bene. Ita grauiter & seuerè voluptatem secernit à bono.

Ad Horatium autem ut reuertar, sicut is Bene viuere dicit pro Beate viuere, sic Homero Ὁὐανοι, quod est Bene viuunt (si verbum verbo reddatur) non aliud est quam Beate viuunt: in hoc loco Odysseæ,

*Ὅτε δὲ δύναε μάχα μυργίοι, ἀλλά τε πολλὰ
Οἴσιν τὸ Οὐανοι Εἰ αὐτοὶ καλέονται.*

Vbi est ellipsis nominatiui *οἱ αὐθεῖοι*, qui relinquitur subaudiendus. Ex his autem

42 HENR. STEPHANI

Homericis verbis ἡζωντι quidam ex Homeri posteris per compositionem fecerunt nomen ζωτια pro beatitudine. Ipse autem Homerus ζωντι aliquot dicit locis de iis quae Latini fortunas seu fortunæ bona vocant, aut de rebus saltem quæ vitæ sunt necessariae. Ab eodem poeta sicut homines ζωειν, ita dii πεια ζωοντες dicuntur, cum alibi, tum Odyss. ο & ε. de quo epitheto in alio Schediasmate discr. Nunc quid eidem Horatio Rectè viuere sit, dispiciendum est. Rectè viuere ab illo dici puto non eadem significatione qua Bene viuere, sed ad eandem tamen rem pertinente. Nam bene viuere illi est Beate viuere, ut paulo antea docui: at Rectè viuere est Viuere cōuenienter virtuti (ut alibi dicit idem poeta, Viuere naturæ cōuenienter) quæ facit ut beatè viuamus. Venio igitur ad locos in quibus hoc genere loquēti vtitur. Legimus libro priore epistolarum,

vivendi recte qui prorogat horam,

Ruficus expetat dum defluat amnis.

In eodem libro,

Tu recte viuis si curas esse quod audis.

In eodem,

Si queret quid agam, dic multa & pul-

chra minantem,
Viuere nec recte, nec suauiter. haud quia
grando
Contuderit vites, oleamque momorderit
aestus,
Nec quia longinus armatum egrotet in.
aruis :
Sed quia mete minus validus quam cor-
pore toto,
Nil audire velim, nil discere quod leuet
agrum:
Fidis offendar medicis, &c.

In quibus rationes afferunt non cur non viuat recte, sed cur non solùm non viuat recte sed ne suauiter quidē. Legimus libro posteriore eiusdem epistolarum operis,

Viuere si recte nescis, decede peritis.
 Quem versum ea quae præcedunt confirmant quod de horum verborum significatione tradidi. dixerat enim,
Non es auarus : abi. quid : cætera iam si-
mul isto
Cum vitio fugere ? caret tibi pectus inani
Ambitione ? caret mortis formidine, &
ira?

Somnia, terrores mag. &c.
 Et paucis interiectis, *Quid te exempta iu-*
nat spinis de pluribus una ? appellans vitia

spinæ: & quum non satis sit vno vitio carere, vt quis dici possit rectè viuere, ita cōcludens,

Viuere si rectè nescis, decede peritis.

Quinetiam hi verius epistolæ sextæ libri prioris, Rectè viuere id esse quod dixi testantur,

- vis rectè viuere? quis non?

Si virtus hoc una potest dare, fortis om̄is

Hoc age deliciis.

Atque adeo in epistola secunda illa verba quæ antea protuli, - *viuendi rectè qui prorogat horam*, subiungit istis, *sapere aude.*

Alicubi tamen fortasse Rectè viuere accipi etiam possit pro Bene viuere, id est beatè: sicut vbi dicit, *Rectius viues Licini, neq; altum Séper urgendo*, nō aliud esse videtur Rectius quà n Beatus. Viciissim autem Bene viuere alicubi est rectè viuere: vt Satyra quarta libri prioris, *-at bene si quis Et viuat puris manibus, contemnat utrunque.* Item alibi, *-rectius hoc est: Hoc faciens, viuam melius.* Philosophicè quidē certè loquendo, hæc duo Rectè viuere & Beatè viuere, non solùm permutari posse, sed etiā pro iisdē haberī putet quispiam, eos sequendo philosophos qui beatitudi-

nem in virtute cōstituunt : verūm poetas modò ex vulgi modò ex philosophorum sententia loqui cōsiderandum est.

S C H E D I A S M A X,

Quid sit Viuere conuenienter naturæ: (quibus verbis Cicero & Horatius interpretati sunt hæc Greæ Stoicorum ὁμολογουμένως τῇ Φύσι ζῆν) quod etiam Viuere secundum naturam aut è natura dicitur.

VIUERE bene & Viuere rectè ab Horatio distingui, at Viuere bene & Viuere beatè (sive Viuere beatum) esse illi eadem, Ciceroni diuersa, in proximè præcedente Schediasmate ostendi: nunc differendum eadem opera césto de illis duobus loquendi generibus, Viuere conuenienter naturæ, & Viuere sibi. Incipiam autem à quodam Horatii loco, qui extat epistola decima libri prioris,

*Viuerè naturæ si conuenienter oportet,
Ponendaque domo querenda est area
primum;*

Nouistine locum potiorem rure beato?

Est ubi plus tepeant hyemes? &c.

His autem verbis interpretatur Horatius hæc Stoicoru, ὁμολογουμένως τῇ Φύσι ζῆν. Quo interpretatus modo est etiam Cice-

ro, non vno in loco, addens illi aliquid
& Congruenter. Ac significatione ea-
dem dicit etiam E natura viuere, necnon
Secundum naturam viuere, ut Græci καὶ
Φύσιν ζῆν. Quemadmodum autem ὁ μολο-
γουμένως Cōuenienter, sic etiam ὁ μολογή-
ας, quæ itidem est Stoicorum vox, inter-
pretatur Cōuenientiam. Alioqui & ἀνο-
λογίως τῇ Φύσει ζῆν eadem significatione
dixerunt Stoici. Quid autem sit Cōue-
nienter seu congruenter naturæ viuere, a-
liquot locis docet Cicero, ex illorum senten-
tia. legimus enim libro tertio De si-
nibus bon. & malorum, Circumscripsit
igitur iis sententiis quas posui, & iis quæ si-
miles earum sunt, relinquitur ut summū
bonum sit, viuere scientiam adhibentem
earum rerum quæ natura euéniant, feli-
gentem quæ secundum naturam, & si qua
etiam contra naturam sunt, reiicientem.
id est Cōuenienter congruentēque na-
turæ viuere. Et duabus paginis post, De-
nique ipsum bonum, quod in eo positum
est ut naturæ cōsentiat, crescenti accessio-
nem nullam habet. Idem libro eiusdem
operis quarto, Quā enim superiores, (in-
telligit autem de iis qui ante Zenonē fue-
rant) ē quibus planissimè Polemo, secun-

dum naturam viuere, summum bonum esse dixissent, his verbis significari Stoicī tria dicunt. vnum eiusmodi, viuere adhibentem scientiam earum rerum quæ natura euenirent. Hunc ipsum Zenonis a iunt finem esse, declarantem illud quod à te dictum est, Conuenienter naturæ viuere. Alterum significare idem ut si diceatur Officia omnia media aut pleraque seruantem viuere. Hoc sic expositum dissimile est superiori. illud enim rectum; quod κατόρθωμα dicebas, cōtingit sapiēti soli: hoc autem inchoati cuiusdam officii est, non perfecti. quod cadere in nonnullos insipientes potest. Tertium autem, omnibus, aut maximis rebus iis quæ secundum naturam sunt fruentē viuere. Meminit verò & alibi Cicero huius opinio-nis Stoicorum. in illis autē duobus locis obseruandum est, eum, quem dicit, Viuere adhibētēm sciētiām earum rerum &c. genere loquendi vti quod alioqui duriusculum videri possit, vt hæc Stoicorum verba exprimat, ζην κατ' ἐμπειρίαν τῷ καὶ Φύσιν συμβαινόντων. (quidam vcrò adiecerunt & ἀλλα, dicētes, ζην κατ' ἐμπειρίαν τῷ καὶ τῷ ὄλλῳ φύσιν συμβαινόντων. atque ita Posidonius apud Galenum) Sed & aliter



quidam eadem de re loqui sunt, quoniam dicerent esse, πάντα τὰ καθίκεντα ἔπιπλον τὰ ζῆν: item, πᾶν τὸ ἐνδέχομέν τοι εἶναι τὸν τοιχόν τὸν φύσιν περὶ τον. Quorum etiam verborum sensum partim hīc, partim alibi exprimit aut saltem adumbrat Cicero. Nam & De fin. lib. 2, quoniam paulo antea dixisset, Nam sunt & in animo præcipua quædam & in corpore: quæ quoniam leuiter agnouit, tunc discernere incipit, ut ea quæ prima data sunt natura, appetat, asperneturque contraria. In his primis naturalibus voluptas insit necne, magna quæstio est. Quū, inquam, hæc dixisset, paucis interiectis subiungit, Ergo nata est sententia veterum Academicorum & Peripateticorum, ut finem bonorum dicentes, secundum naturam vivere: id est, virtute adhibita, frui primis à natura datis. Paulo post, Stoicis [finis bonorum] consentire naturæ: quod esse volunt, E virtute, id est honeste, vivere: Quod ita interpretantur, Vivere cum intelligentia carum rerum quæ natura evenirent, eligente ea quæ essent secundum naturam, reiicientemque contraria. Ita enim scribendum est, non autem Eligente & reiiciente: ut etiam ex alio quem

paulo

paulo autē protuli loco apparēt. Vbi quod dixit, Viuere sciētiā adhibentem earum rerum quæ natura eueniant, hīc dicit, Viuere cum intelligentia earum rerum quæ natura euenirent; id est, ζῆν κατ' ἐμπνείαν τὸ φύσιν συμβαίνοντα, siue τὸ φύσιν συμβαίνοντα. Simul verò est obseruādū, verbis illis, πνγχάνειν τὸ φύσιν πεάπων (quā dicerēt πάντα τὰ παράδίκοντα δημιουργοῦ τὸ ζῆν, siue πᾶν τὸ οὐδέχορδον ποιεῖν ἔνεκα τοῦ πνγχάνειν τὸ φύσιν πεάπων) melius respondere quæ hīc legimus, quam quæ paulo autē ex libro quarto habuimus. Dicit enī hīc, Fruī primis à natura datis, (quæ statim pōst Prima naturalia vocat) item frui principiis naturalibus: illic autem, Omnibus aut maximis rebus iis quæ secundum naturam sint fruentem viuere.

Iam quid à Cicerone vel potius quid à Stoicis apud Ciceronem vocetur Conuenienter naturæ viuere, ex illis patere locis potest: sed dubium mihi est an Horatius verbis illis eodē sensu usus sit, licet ex eadem schola sumptis: an potius Conuenienter naturæ viuere dixerit quod alibi Intra naturæ fines viuere: in hoc videlicet loco Satyræ primæ libri prioris,

· -vel dic quid refferat intra

d.i.

*Natura fines viuenti, iugera centum
An mille aret.*

Ac vidēri posset illam expositionem adiuuare hic locus Ciceronis De legibus libro primo, Sed certè ita se res habet ut ex natura viuere summum bonum sit, id est, vita modica, & apta virtute, perfrui: aut ducem naturā sequi, & eius quasi lege viuere. id est, nihil quantum in ipso sit prætermittere quominus ea quæ natura postulet consequatur: quod inter hæc velit è virtute, tanquam lege, viuere. Præser-tim autem hæc loci istius verba, Vita modica, expositionem illam adiuuare videri possent. Nam vitæ modicæ appellatione ea intelligi puto tantum quæ natura postulat vitæ subsidia, qualem significationem antea dixi Homerum voci etiā ζων dare. multis autem & aliis locis ad illos naturæ fines respicit Horatius. veluti quem dicit Satyra secunda libri prioris,

*Nonne cupidinibus statuit natura modū:
quem,*

*Quid latura, sibi quid sit dolitura nega-
tum*

*Querere plus prodest, & inane abscindre
re soldo?*

Sic & Satyra prima,

-adde *Quelis humana sibi doleat natura negatis.*

Et libri posterioris Satyra 3,

*Quod satis esse putat pater, & natura co-
ercent.*

Alibi diuitem opis suæ naturam vocat, si-
gnificans *τὴν αὐτογένην.* Iam verò & hoc fa-
cere videtur pro ea quā dixi expositione
illorum verborum Conuenienter naturæ
viuere, quod in eadem epistola de vi na-
turæ scribit, his versibus,

*Naturam expellas furca, tamen usque re-
curreret,*

*Et mala perrumpet furtim fastidia vi-
etrix.*

Fastidia enī eiusmodi non innascuntur iis
qui intra fines naturæ viuūt, sed luxus ea
demū quæ exquisita, magnifica, sumptuo-
sa sunt, appetens, facit ut contrā quæ para-
bilia sūt fastidiantur: quibus cōtentī essent
illi qui intra fines naturæ viuerent. Para-
biles autem naturæ diuitias appellavit &
Epicurus, ut quidē Cicero verba eius in-
terpretatur. Ita enim ille, Οὐτις Φύσεως
πλοῦτος καὶ φέρεται καὶ ωπίσεος θεῖν· οὐδὲ τὰ
νενῶν δοξῶν, εἰς ἀπόρους ἀκπίσθει. Quæ quū
ita sint, non absimile vero fucrit fortasse
quod de illa Horatiani loci expositione
d.ii.

attuli: hoc quidē certè verissimè dici posse existimo, Horatium multo simplicius quām Ciceronem verbis illis esse usum, minimēque ad illa omnia quæ commemorauit adiecta à Stoicis λεπτολογία re spexisse.

S C H E D I A S M A XI,

Quid sit Viuere sibi: & an idem etiam valeat quod à Platone dicitur Τι είναι το ζεῖν, & ab illo valde laudatur, tanquam in eo sit σωφροσύνη.

VI V E R E sibi quum dixerunt Horatius & Ouidius, cò, vt opinor, respexerunt, quòd qui principibus viris aut saltē potentioribus se inferuiunt, non solum ad nutum illosum viuere, vel sub nutu illosum (vt dixit Lucretius, - alterius sub nutu degitur ætas) sed illis non sibi viuere dici & possint & debeant. Usus autem est Horatius illo genere loquendi sub finem epistolæ decimæ octauæ,

*Quid sentire putas, quid credis amice
precaris?*

*Sit mihi quod nunc est, etiam minus: ut
mihi viuam*

Quod supereft aui, si quid supereffe vblunt dī.

Dummodo (inquit) non aliorū sed meo arbitratu viuam: vel , dummodo non viuam aliis cuiusquam voluntati obnoxius: vel , dummodo vitam meis auspiciis ducere mihi liceat, (vt loquitur illa regina apud Maronem) non tantū iis quæ habeo contentus esse volo , sed paucioribus etiam. Verū magnā huic loco gratiam addere videtur particula Ut accipiēdo eam pro Dummodo : adeo vt qui hāc particulam amittunt, id est , qui in voculam Et mutant , simul etiam magnā gratiæ partem amittere mihi videantur.

Ouidius autem eo genere loquēdi vſus est Tristium libro tertio, elegia quarta,

Vſibus edocto ſi quicquam credis amico,

Viue tibi. Et lōgē nomina magna fuge.

Viue tibi quātūmq; potes pralustria vita.

Sēnum pralustri fulmen ab arce venit.

Nā quanquā ſoli poſſunt prodeſſe potētes,

Non proſit potius ſiquis obeffe poſteſt.

Aulici certē non vltimum inter eos locū tenent , qui dici poſſunt non ſibi viuere , ſed iis quorū superba limina laborioſo pede terunt : idcōq; meritō Ouidius, quū hortatur hunc vt ſibi viuat, ſimul ab aulica dehortatur vita , vtpote illis qui ſibi viuere volunt omnino inimica. Nam Vi-

d.iii.

54 H E N R . S T E P H A N I

uere sibi dicendū puto cū qui suus est, non alterius : (vt loquutus est is qui dixit, *Alterius non sit qui suus esse potest*) id est, qui non aliena negotia sed sua procurat , non alienis commodis sed suis, aque adeo non alienæ valetudini sed suæ seruit : qui denique non aliis quietem laboribus suis comparat , sed quieta ipsemet vita tranquillaque fruitur. Ut autem quieta sit vita, mētem quietam esse oportet: idcōque hāc inter illa quæ beatiorem vitam efficiunt enumerat Martialis : *Lis nunquam,toga rara,mens quieta.* Vbi etiam animaduertendum est togam raram in hoc numero ponni : & togam hoc in loco esse ad id quod paulo antè dixi referendā, de iis qui superba potentum limina terunt. cupit enim contrā rārō cōtingere vt togatus illorum adire limina cogatur , salutationis officio, tanquam cliens, defuncturus. De quo salutationis officio ita Maro,

*Si non ingentem foribus domus alta su-
perbis*

*Mane salutatum totis vomis edibus vn-
dam.*

Otii autem appellatione de vita eorum vtebantur Romani, qui sibi viuere dici poterant. Sed & Otia vocat Horatius, vt e-

pistola septima libri prioris,

*-nec Otia diuitiis Arabum liberrima
muto.*

Cæterùm quidam ex illis quorum epigrā-
mata poematibus Virgilii assuntur, o Etā-
tichon hoc versu clausit, *Vni viue tibi.
nam moriere tibi.* Totum autem epigram-
ma est hoc,

Viue, & amicitias omnes cole. verius hoc est

Quām, Regum solas effuge amicitias.

*Est mea mors testis: maior me afflixit ami-
cus,*

Deseruitque minor: turba caneda simul.

*Nam quicunque pares fuerant, fugere frago-
rem,*

Nec dum collapsam deseruere domum.

*Nunc & nō reges tātūm fuge. viuere doctus
Vni viue tibi. nam moriere tibi.*

Porro quod de aulicis dixi, id etiam de il-
lo genere hominum verum esse videtur
quos Græci πολυπεχύμονες appellant, eos
videlicet nō sibi sed aliis viuere. Nisi poti⁹
dicēdū est, dū omnibus viuere volūt, nulli
posse viuere. Si autē τις πολυπεχύμονι rectè
opponuntur non solùm οἱ ἀπεχύμονες
(sicut & τῇ πολυπεχγμοσιῃ opponi solet
η ἀπεχγμοσιωνή : de qua hoc à Syncsio
scribitur quod huc pertinet, ἀδέεσεγγ εἴ)

d.iii.

λέγουσιν τὸ μετ' ἀπεργυμοσωής αὐτοφάλακαν
τὴν σὺ θηφανῆς βίω καθόνταν) sed etiam illi
qui dicuntur ὅτι ἔαντὸν περίθειν : ratione
consentaneum est ut hos contrà in eorum
numero ponamus qui sibi viuunt. Oppo-
ni autem ὅτι ἔαντὸν περίθειν & πολυπε-
ργυμονέν, cùm aliunde tū ex Platonis Char-
mide discimus : ubi etiam narratur quidi
dixisse σωφροσύνην esse τὸ ὅτι αὐτὸν περίθει.
& paulo post dicitur, οὐδὲ ἐπολυπεργυμο-
νέστε, καὶ τοῦ εἰσωφρονεῖτε τοῦ πρῶτης;
Quinetiam in Timao legimus, αὖτις δὲ τῷ
πάλαι λέγοντι, τὸ περίθειν Εἶχονται τοῦ τε αὐ-
τὸν καὶ ἔαντὸν, σωφρονικόν περισσότερον. ubi
Plato, sicut & aliis quibusdam locis, verba
implicat, quum dicit τὸ περίθειν καὶ γρά-
νεται τὸ αὐτὸν καὶ ἔαντὸν : quū alioqui hæc
corum esse collocatio deberet, τὸ περίθειν
τοῦ τοῦ γράνεται ἔαντὸν.

SCHEDEIASMA XII,

*De illis loquendi generibus, Vnuere secum,
Secum esse, Secum habitare : & de Gracis
qua illis respondent.*

VIVERE sibi quidnam sit, quum in
illis qua proximè præcedunt declarauerim, nunc qua significatione dicatur

Viuere secum, declarare volens, locum
 Cīceronis in Catone maiore primū cō-
 siderandum proponam. Hæc igitur ibi le-
 gimus, Vt Turpione Ambiuio magis de-
 lectatur qui in prima cauea spectat, dele-
 ctatur tamen etiā qui in vltima: sic adole-
 scētia voluptates propter intuens, magis
 fortasse delectatur: sed delectatur etiam
 senectus prouidet eas spectans tantum quā-
 tum sat est. At illa quanti sunt? animum,
 tanquam emeritis stipendiis libidinis, am-
 bitionis, contentionis, iñimicitarum,
 cupiditatum omnium, secum esse, secum-
 que (vt dicitur) viuere. Si vero habet ali-
 quod tanquam pabulum studii, &c. Hic
 certè quidam Secum esse & Secū viuere,
 significare putauerunt, Res suas duntaxat
 agere, alienis negotiis priuatis aut publicis
 non se immiscere. quæ expositio si reci-
 peretur, dicendum esset, Secum viuere,
 idem valere quod Sibi viuere: quæ tamen
 diuersa esse puto. Quid igitur his verbis Se-
 cum viuere significari putabimus? Cre-
 diderim euidem hominē dici posse Se-
 cum esse, & Secum viuere, eo sensu quo
 Græci dicunt ἐαυτῷ συνέννοι, & ἐαυτῷ συγ-
 γίνεσθαι: sed quoniam hic animo peculi-
 riter hoc tribuitur, etiam quoddam vi-
 uendi genus quod (si ita loqui licet) cum

8 HENR. STEPHANI

corpore minimè illi commune sit, sed quodammodo proprium, intelligendum esse suspicor. Quando igitur secum esse secumque vivere animus dicetur : quum illi propemodum seuocato à societate & contagione corporis, vacare licet iis quibus gaudet cogitationibus. Ne quis autem me his vti vocabulis miretur, quum dico, Seuocato à societate & cōtagione corporis, ipsius vti Ciceronis verbis sciat, scribentis libro De diuinatione primo, Quā ergo est somno seuocatus animus à societate & cōtagione corporis, tum meminit præteriorum, præsentia cernit, futura præuidet.

At verò Secum habitare, quod ex Persio sumptum est, alio sensu dicitur. apud eum enim legitimus Satyra quarta,

Respue quod non es, tollat sua munera cerdo.

Tecum habita, ut noris quām sit tibi curta supellex.

Legitur autem & *Respice pro Respue*: sed non dubito quin hoc non illud à Persio scriptum fuerit. Quorum versuū hūc esse puto sensum, *Respue quod esse diceris*, quim tamen non sis: auferat suas laudes à te non agnitas adulator ille, qui est for-

tasse quispiā è fæce populi. Non alii quàm tibi ipsi de rebus domesticis fidem habeto, vt noris quàm paruæ sint tuæ opes, siue, quàm tibi sit tenuis fortuna. Nec male certè hoc ad conscientiam refertur, quasi diceret, Tuā ipse conscientiam interroga-to an illis ingenii dotib⁹ vel illis virtutibus sis præditus quas tibi vulgus laudibus suis tribuit. Talis est hæc admonitio Horatii,

Sed vereor ne cui de te plus quàm tibi credas.

Apud ipsum autem Persium illi loquendi generi Secum habitare, simile est Non se quærere extra, item In se se descendere. Nam dixerat paulo antè,

Vt nemo in se se tentat descendere, nemo:

Sed precedenti spectatur mantica tergo.

At verò illud genus loquendi Non quæ-rere se extra, legitur Satyra prima,

-non, siquid turbida Roma

*Eleuet, accedas, examinave improbum
in illa*

Castiges trutina: nec te quas fueris extra.

Cæterū illud de quo nūc agitur dictum, Tecum habita, inter Adagiorum chilidas relatum, ita exponitur, Domi tuæ vi-uita, vt intelligas quàm tenuis sit tua for-tuna. Ac dicitur translatum esse ab iis qui

in principiū familiis agunt, & ut vulgo
fit, ex alienis opibus perinde quasi suis in-
tumescunt: quibus si domi viuendum sit,
vix salinum habeant quod apponant. ut
Tecum habita, nō aliud sit quām Tuapte
supelle&tile te metire, ac tuis ipsius malis
bonisve teipsum expende. Sed satius for-
tasse fuerit ita intelligere, Quemadmodū
si velis scire quām bene instructa sit supel-
le&tili domus alicuius, id sciscitaberis ex
quopiam eorum qui cū illo habitant,
ita tu tecum habita. Habitare autem secū
dicitur merito ille vir bonus qui factorū
& dictorum rationem à se exigit:

*Non prius in dulcem declinat lumina
sommum,*

Omnia quām longi reputauerit acta diei.

*Quae pratergressus: quid gestum in tem-
pore, quid non?*

Cur isti factō decus abfuit, aut ratio illi?

*Quid mihi prateritum? cur hæc senten-
tia sedet,*

Quam melius mutare fuit? &c.

*Quæ sumpta sunt ex illis Pythagoræ au-
reis carminibus,*

*Οὐδὲ ὅπνον μελαγχοῖσιν ἐπὶ ὅμμασι περ-
δέξασθαι,*

Πέτι τὸν οὐμερινὸν ἔργων δῆς ἔκαστον ἐπελάζειν,

Πῦ πρέσβειον ; τί διέργεται ; τί μοι δέον τοι
ἔπελεθη;

Tale (inquam) examen illi conuenit quē Persius habitare secum iubet. At Politianus his verbis aliter vti videtur : scribens in quadam epistola, Nō est quōd aut ruri urbem aut rus in vrbe desideres, si ipse habitas tecum , si quo cunque is te sequeris , magnum tibi in quauis solitudine theatrum , magnam solitudinem in quo uis theatro facturus. Hæc certè quæ à Politiano de eo ad quē scribit dicūtur, de Publio Scipione, qui primus Africanus appellatus est, vera fuissent : quem dicere solitū scripsit Cato (teste Cicerone) Nunquam se minus otiosum esse quam quum otiosus : nec minus solum quam quum solus esset.

S C H E D I A S M A X I I I ,

Apollinis præceptum, Nosc te ipsum, an sit iubentis quod Persius dicit In se descendere & secum habitare.

Ciceronem huius præcepti sententiam viderilatius extendisse.

NO S C E T E I P S Y M (quod præceptum è celo descendisse dicit Iuvenalis) quo sensu dicatur , notum nō fuit

illi (nisi fortè iocantis sunt verba) qui apud Menandrum comicum ait fuisse potius dicendum Nosce alios. Hac enim admonitione de noscendis aliis minimè opus fuisse ostendunt satyricorum reprehensiones: cuiusmodi est illa Horatii,

*Quum tua peruidas oculis mala lippus
inunctis,*

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutū

Quām aut aquila aut serpēs Epidaurius?

Illa item Persii,

Vt nemo in se se tentat descendere nemo:

Sed precedenti spectatur mantica tergo.

Cui simile est hoc Catulli,

*Sed non videmus mantice quod inter-
go est.*

Hinc & Seneca, Aliena vitia (inquit) in oculis habemus, à tergo nostra sunt. Idem, Papulas obseruatis alienas, obfici plurimis hulceribus. Quæ reprehensionis forma similis est illi Euangelicæ eius qui festucam ex oculo fratris vult eiicere, quum in suo trabem non videat. Ad id autem quod AEsopus de duabus manticis scriptum reliquit, Augustinus quoque respexit, quum peccatores post dorsum peccata sua dixit proiicere. Hæc quum ita sint, meritò non de noscendjs aliis, sed nobis metipfis

moniti fuimus. Cæterū si, quum dicit Persius, neminem tentare descendere in seſe, sed præcedenti tergo manticā ſpe-
ctari, perinde eſt acſi diceret, neminē co-
nari ſcipſum cognoscere, ſed vnicuique
ſatis eſſe ſi alios cognoscat, (vt intelliga-
mus manticam ſpeſtari in tergo aliū qui
præcedit) non dubium eſt quin hoc dictū
Noſce teipſum, ſit iubentis in ſeſe deſcen-
dere, & ſecum habitare (vt eundem poe-
tam loquētē audiuimus in proximē præ-
cedente Schediasmate) ſiue In ſeſe deſcē-
dere, & ſecum habitare, idem valere exi-
ſtimādum ſit quod Noſcere ſcipſum, ſiue
eius eſſe qui ſibi viam ad noſcendum ſei-
pſum ſternat.

Quemadmodum porro minimē o-
pus fuit nos iubere alios noſcere, ita etiam
ſuperuacaneum videtur fuſſe futurum iu-
bere nos quid boni nobis inſit noſcere,
quum φιλαντία nos id ignorare nō ſinat:
ideoque exiſtimari poſſit latius illorū ver-
borum ſentētiam extendiſſe Cicero, qui
vult Quintum fratrem putare γνῶθι οευ-
τὸν non ſolū ad arrogatiā minuendā
eſſe dictum, verū etiam ut bona noſtra
norimus. Idem tamen in quodam libri
primi De officiis loco, qui ad hoc ipſum

64 HENR. STEPHANI

præceptum pertinet, non solum iubet ut quisque vitiorū suorum sed etiam ut bonorum acrem se iudicē præbeat. Suū igitur (inquit) quisque noscat ingenium, acrēmque se & vitiorum & bonorū suorum iudicem præbeat. Sed respōderi hīc potest, velle Ciceronem, quemque sicut vitiorum ita etiam bonorum suorum acrem iudicem se præbere, vt non, sicut illa, minora, ita hæc, maiora quām sint censeat. Atque hanc bonorum nostrorū mensuram (vt ita dicam) nosse oportet si ad quas res aptissimi erimus, in his potissimum simus elaboraturi : quod ille paulo pōst præcipit.

At illud quod ab eodem Cicerone scribitur Tuscul. quest.lib. primo, Quum igitur Nō sc̄t̄ t̄ dicit, hoc dicit, Nō sc̄e animū tuū : ex Platone sumptum est, in Alcibiade priore, Λυχνίᾳ ἀριστερᾷ πάντας τούς εἰρωένους ὅτι μάλιστας γνῶνται εἰσαγόντες.

SCHED.

S C H E D I A S M A X I I I ,

*Hac verba , Stultorum plena sunt omnia ,
quauis apud Ciceronē legantur (in una
ex epistolis ad Papirium Pætum) stultū
videri pro Ciceronianis habere.*

STULTORVM plena esse omnia, scri-
ptum est quidem in vna ex Ciceronis
ad Papirium Pætum epistolis, sed non ta-
men à Cicerone. Ita enim me posse loqui
existimo de iis quæ in Ciceronis librorum
exemplaria irrepserunt, dicendaque sunt
subdititia & supposititia, ut vulgo loqui-
mur: siue *παρεμβελημά*, si quis Græco uti
vocabulo malit. Quid? an Cicero, si hoc di-
xisset, vera loquutus non esset? Imò verio-
ra quā illa quæ apud Sagram, ut est in
proverbio: sed hanc sententiam nec loco
illi in quo extat adhibiturus fuit, nec illis
fortasse verbis eloquuturus. Scripta enim
sunt in ea ad Papirium Pætum epistola,
cuius & sedem & argumentum in memo-
riam statim reuocant hæc duo prima eius
verba, Amo verecundiam. Nam postquā
multa exempla eorum protulit vocabu-
lorum à quibus abstinetur quod esse ob-
scena videantur, addit,

c.i.

Nos autem ridiculè: si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfatur: si de Aurelia aliquid aut Lollia, homines præfundus est. Et quidem iam, non etiam obscena verba pro obscenis sunt. Batuit (inquit) impudenter: Depsit, multo impudetius. Atqui neutrum est obscenum. **S T V L T O R V M** plena sunt omnia. Testes, verbum honestissimum in iudicio, alio loco non nimis. &c.

Quorsum, obsecro, verba illa de magno stultorum numero Cicero interiecisset: aut cur hunc locum mentioni eorum dedisset? nam & proximè præcedunt illorum quæ dixi vocabulorum exempla & addūtur alia in iis quæ proximè sequuntur, quorum enumerationem illorum de stultis verborū interiectione Ciceronem fuisse interrupturum non mihi fit verisimile: præsertim quum esse contentus & posset & deberet mitioribus illis quibus vobis erat aduersus eos qui nescio quam obscenitatem his vel illis vocabulis subesse falso credebant. Dixerat enim, Vides igitur nihil esse nisi ineptias: turpitudinem nec in verbo esse, nec in re: itaque nusquam esse. Dixerat item, Nos autem ridiculè: si dicimus, Ille patrem strangulauit, &c. quæ

paulo antè protuli. Adde quòd, quum Cicero se quoque in numero illorū hīc ponat qui ridiculo quodam metu tenentur, dum taliū vocū vsum ita reformidant, illa quoque verba, Stultorum plena sunt omnia, in se, non minus quām alios quosquam, iaceret. Quum autem antea his rationibus impulsus ιστορικά esse verba illa suspicarer, eandem esse Gulielmi Canteri suspicionem postea comperi: tandem verò & vetusti cuiusdam exemplaris autoritatem vtrique nostrūm adstipulari didici, vt pote in quo illa minimē extarent. Annotat autem ille, vel totum hoc planè esse tollendum, vt à scriptore aliquo, qui nimio Ciceronis acumine suboffensus esset, primum in margine positum, deinde ab alio pro vero agnituin: vel pro Stultorum, aut Sed istorum, aut simile quid esse reponendum. Quæ ego quum legissim, aliquandiu quidem in alia quām priùs fui sententia, vt non tollenda illa verba, sed retinēda, mutato duntaxat genituo Stultorum, existimarem: verūm exemplaris illius autoritas fecit vt illam priorē Φρονίδα, quæ mihi cum illo communis erat, quām θεωρεῖ hanc, illi propriam, οφθεῖ putarem. Sed quod ille dicit de ni-

c.ii.

mio Ciceronis acumine, non satis placet.
Nam minimè quidé dubito quin aliquis
illis quæ ibi legeret offensus ea scripsisset,
sed ita ut non Ciceronis acumen, verum
eorum qui tam acutum ad perspiciebam
illam obscenitatem ingenium ostentaret,
irriteret.

SCHEDEIASMA XV,

*De proverbio quo dicitur Aut regem aut fa-
tuum nasci oportere [vel oportuisse.]*

STYLTOREM mentionem facienti
venit in mentem proverbiū illud, Aut
regem aut fatuum nasci oportet: simūlque
de eo aliquid quod lectorem libenter ex-
me intellecturum existimauit: nimirūm;
quā tam varia sint stultitiae genera, ad
quod eorum potissimum respici in hoc
proverbio existimandum sit. Dico igitur
rationi consentaneum mihi videri ut po-
tissimum ad illud stultitiae genus refera-
mus quæ in plerisque regibus eo maior est
quo maiore quam vlli alii potentia sunt
prædicti. Quasi enim non præpotentes sunt
tantum, sed omnipotentes, & quasi eoru-
manus non tantum sint valde longæ &
impunitæ (utendo voce qua Herodotus

hac de re vtitur , sed tam longæ vt ad omnes mundi partes possint pertingere: ita quidlibet , quantumuis arduum videri possit , aggrediuntur : neque de sententia vlo deduci modo queunt nisi quum eam rerum susceptrarum exitus ita refellit vt simul ingentis stultitiæ conuincat , plerunque etiam minimè impunitam sinat. Vnde autem hoc: ex eo quod se se, quanuis reges, homines tamen esse non recordetur, sed nescio quam diuinitatem somnient, ab assentatoribus fascinati. Rectissimè enim & verissimè iuuenalis, Satyra quarta,

-nihil est quod credere de se

Non poscit quum laudatur diis aqua potetas.

Atque apud eundem legimus de Alexander, qui Iouis filius salutari gaudebat,

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis:

AEfuat infelix angusto limite mundi,

Vt Gyara clausus scopulis parvaque Seripho,

Sed & in aliis plerisque Macedonū regibus, in plerisque Persarum, in plerisque etiam Cæsarum Romanorum (vt taceā de aliis regibus quorum recens est memoria) verum comperietur quod dixi . Pro mea autē expositione facere videtur hic Dio-

e.iii.

70 HENR. STEPHANI

nis Chrysostomi locus in oratione quadragesimaquinta, ηγή τού περάγματος ἀποπυχέντος πολλοὶ κατεργάλων τῆς πόλεως, εἰς τὴν αὐστηρόν τὸν (οὐδὲν γὰρ λεῖ τὸ δεινόν) αἴλαντὸν πολιτεῖν, ὡς μετίζων ηγέθ' αὐτῶν ἐφιμώνεις, ηγή Διαφερούσοις γέλεν καὶ τὸν αὐτούς τοὺς ποιῶντας βασιλέων.

Crediderim autem hac loquendi forma vlos fuisse quum usurparēt illud proverbum, ut dicerent, Hunc (vel, illum) aut regem aut fatuum nasci oportuit: vt estes disiunctiva particula quod qui fatui ailioqui vocati fuissent, minime fatui vocarentur, quoniam reges erant: tanquam regum appellatione alteram tegente. Ceterū memorabile stultitiae vel potius infaniae exemplum tibi exhibebit proxime sequens Schediasma, in rege se hominem esse non recordante, & ob illam quam conceperat de se opinionem, tanquam diuinitate quadam praedito, nuptias Mineruam ambiente. In eodem quiddam & de Ptolemao Philadelpho, quod ad huc locum pertinet, narrabitur.

SCHED.

S C H E D I A S M A X V I ,

De insigni quodam Rhiani poetæ loco, in quo ex historia sumptum est quod alioqui poeticè fictum & poetica hyperbole dictū existimaretur. De Ptolemaeo Philadelpho immortalitatem sibi pollicente.

RHIANI poetæ elegatissimorū ver-
sum sum recordatus, quum in pro-
ximè præcedente Schediasmate de illo
stultitiæ genere loquerer quo plerique re-
gum laborarunt. Eorum primi sunt hi,

Η ἀρχὴ δὲ μάλα πάντες ἀμερινοὶ πελό-
μεθα

Ἄνθεστοι, φέρεμόν μοι θεῶν ἐπεγρόπια
δόξα

Αὐτοί τε καὶ οἱ άλλοι, &c.

Id est,

Nempe hominum mentes cunctorum er-
rore tenentur,

Donatámque sibi virtutis è lance deorū

Excipiunt sortem prudenti pectore nulli.

Qui autem totum locum, qui continet v-
num & viginti versus, (& eos quidem ele-
gantissimos, vti dixi) simûlque meam il-
lorum interpretationem habere volet, in
libello inueniet quem ego inscripsi Enco-
mia virtutum, siue Gnomas de virtutibus,

e.iii.

ex poetis & philosophis utriusque lingua: pag. 18 & 19. In illis versibus ostendit Rhianus homines neque paupertatem neque diuitias moderate ferre. Vocat autem deus ἐπεργόν δῶρα, tanquam alludens ad Iouis lances Homericas: quanuis alioqui conueniant cum iis quae idem poeta dicit de duobus Iouis dolis, Iliad. 10,

*Δοὺς γάρ τε πίθοι κατακέατη τὸν Διὸς
οὐδείς,*

Δώραν οὐδὲ δίδωσι, κακῶν, ἐπεργος δὲ εἰσαν.
Cæterum quidam ibi dicit Rhianus, quod monstroſæ (ut ita dicam) ſtultitiae exemplum eſſe poffit: & quum poeticè fictum ſeu poetica hyperbole dictū videri queat, non autem ad certum quendam regem respiciendo, ego contrà ex historia ſumptum eſſe comperi. Postquam enim poeta ille de eo loquutus eſt cui cōtigit ut dona acciperet quæ ex lance mala (ut ita dicam) proueniunt, de eo qui contrà ex altera accepit, hæc dicit,

*Οὐδὲ κεν δύσκολος, θεὸς δι' Ήλιον οὐδέ
πάζη,*

*Καὶ πλυνομαίνω, Επιλέθην αὔνεια
γούρας*

Ποστὸν ὑπεισέβαι, Θυητὸν δέ οἱ εἰσὶ Τοῦτος.

Ἄλλ' οὐδροκλήν πολὺ ἀμφεπολῆστι γόνοια

Γοῦ Διὶ βερμέτεν. νεφαλίων δὲ ταῦτα αὐχένας ἔχει,

Καίπερ ἔων ὀλύρος. μνᾶτην δὲ ποτήριον Αἴγυλων,

*Ἡ τινὸς αἰχαπτὸν τεκμαιρεταὶ λυματίδες,
Ως νε μετ' αἴγαντοσιν αερίθμος εἰλεπτικὴ.*

Quos versus ita verti,

*At cōtrā superū quē dextera larga beauit,
Cuique dedit latē dominari, haud iam
memor ille est*

Se calcare solum mortalésque esse paren-
tes.

*Transuersāmque rapit vesana superbia
mentem*

*Vt fremat aqua Ioui. quanuis & corpore
paruis,*

Attollit ceruice caput. tandemque Mi-
nerue

*Fit procus : atque viam sibi iam molitur
ad ædes*

A Ethereas, vt ibi fiat conuiua deorum.

Quod enim de Mineruæ proco hīc dici-
tur, non est res poeticè ficta, sed ex histo-
ria sumpta : quam ex Theopompo habe-
mus apud Athenæum libro duodecimo.
Cotys rex Thraciæ, qui nulli cedebat in
iis quæ ad luxum vitamque voluptariam

pertinent, tandem se dignum Mineruæ coniugio existimauit, tantamque de illo spem concepit, ut epulo iam instructo ac thalamo præparato, bene potus aduentum deæ expectaret. Quumq; iam moræ pertœsus, quendam è satellitibus misisset qui videret an Minerua in thalamū venisset, & is neminem ibi esse retulisset, sagittis eū confudit. Misit verò & secundum, quem idem renuntiantem eodem mortis genere affecit. At tertius, animaduertens quid eū ad illos occidendos impulisset, reuersus illum à dea iamdudum expectari retulit.

Schediasmatis proximè præcedētis argumentum ne id quidem me prætermittere sinet quod Phylarchus apud eundem scriptorem de Ptolemæo Aegypti rege secundo (is autem est cui cognomen fuit Philadelpho) luxum & delicias adeo mentem eius corrupisse ut sibi immortalitatem promitteret, & se solum eam inuenisse diceret. Et tamen (quod stultitiam illam magis admirabilem reddit) illum supra quosuis alios principes verēda quadam maiestate præditū, siue augusta gravitate verendum) & studio literarum detitum fuisse scribit.

*S C H E D I A S M A X V I I ,
De proverbiis, Procul à Ioue, & procul à
fulmine.*

PR O V E R B I V M est insigne, atque ex illorum numero quæ nobis optimum dant consilium, πόρρω Διός τε καὶ νεφανῆ, id est, Procul à Ioue & procul à fulmine. cuius sensum non videtur assiquutus esse Erasmus. non enim aliter exponit quām si diceretur Non procul à Iouis fulmine. At ego intelligi puto, Procul sis à commodis quæ Iupiter afferre potest, vt simul procul sis ab eius fulmine. Iouis autem appellatione hīc non tantum reges sed & quilibet potentes viri intelligendi sunt. Naso (vt opinor) non solūm ad ipsum respxit, sed exposuit etiam, his versibus, Trist. lib. tertio,

*Vibis edoc̄to si quicquam credis amico,
Vine tibi, & longe nomina magna fuge.
Vine tibi: quātūmque potes pralustra vita.
Sæcum pralustra fulmen ab arce venit.
Nam quanquā soli possunt prodesse potentes.
Non profit potius signis obesse potest.
Legimus apud eūdem libri primi elegia prima,*

76 HENR. STEPHANI

*Forfitan expectes an in alta palatia missum
Scandere te iubeā Cæsare amque domum:
Ignoscant augusta mihi loca, diique locorum.
Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
Item elegia octaua eiusdem libri,
Saxa neque admiror meiuunt si fulmina,
quorum*

*Ignibus afflari proxima quæque solent.
In illis quoque versibus qui Virgilii operi-
bus subiuncti sunt, monemur deuitare in-
gentes dominos, & famæ nomina clara,
(Naso autem dixit tantum Nomina ma-
gna) Illustrique graues nobilitate domos.*

Verum ad tyrannos, non item eos qui
regum nomine sunt digni, prouerbium
hoc respicit, si credimus Synesio : qui à
regibus ad tyrannos veniens, scribit, ἀπό-
τιναντία τοῖς περίννοις ὑπάρχει διὰ οὐεὶς κομψή
παρειμία, πόρρω διότε τε καὶ περιννός, 21α τοι
δηπούλως, τοῖς συώντος χρησμοῖς, αἰθέτ-
εσν εἴτε λέγουσι τιλ μετ' αἰσθαγμούσις α-
σφάλειαν τῷ δὲ δηπούλωντει βίᾳ κατέδινων.

S C H E D I A S M A X V I I I ,

*Quid intellexerit Martialis geny appella-
tione in illo versu, Victurus genium de-
bet habere liber.*

MARTIALIS, librum qui victurus
sit, genium debere dicit habere: vbi
genius gratiam & leporē significare exi-
stimator, & τὸ θήλαρι, vt Græci loquun-
tur: ego verò, quum desiderem huius si-
gnificationis exemplum, & Martialis in
scriptis Pompili quæ victura non putat,
gratiā & leporem desiderare nō videa-
tur, quippe quæ ingeniosa esse dicat: ad-
dens tamen hoc non esse satis famæ, id est
ad coimparandam famam: atque his vi-
deam subiungere,

*Quām multi tineas pascunt blattāsque
diserti,*

Et redimunt soli carmina docta coci.

*Nescio quid plus est quod donat secula
chartis:*

Victurus genium debet habere liber:
quum (inquam) hæc animaduertā, aliud
vocē genium significare mihi persuadeo:
nimirum felicitatem quandam, siue quæ-
dam genii fauorē, qui eius sit velit custos:

Q.d. Non tantum viri & vrbes suos genios habere debet, sed etiā libris suis quidam genius esse debet, qui suo illos favore prosequatur, & tanquam patrocinium illorum suscipiat.

S C H E D I A S M A X I X,

De versibus Horatij quibus plerique abutuntur, dum illorum testimonio vti volunt.

HO R A T I I versibus nonnullis abutuntur plerique, dum illorum testimonio vti volunt, alium se illis sensum tribuere ignorantes. Vnius autem nunc recordor cui planè contrariū sensū tribuunt: ex poematio De arte poetica,

Nec verbum verbo curabis reddere, fidus Interpres.

Quotusquisque est enim qui hūc versum Horatii statim in ore non habeat, & autoritate eius nitatur ut verbum verbo reddere, fidi interpretis non esse probet: At ego illis qui in ea sunt opinione nō suffragari sed refragari hūc versū Horatii, & contrariū ei quod dicūt, illo probari, atq; ad eo quod illo probatur, verissimū esse, contendō: esse nimirum fidi interpretis, verbum verbo, quantum fieri potest, reddere

Sed quoniam nunc satis est eam quam dico fuisse Horatii mentem ostendere, lectorum moneo subesse huic versui familiarem illi poetæ ellipsis particulæ. Cœu vel Tanquam, aliūsve huiusmodi: & intelligi debere, Nec verbum verbo reddere curabis, tanquam fidus interpres. Id est, Perinde acsi fidum interpretem agere velles, vel, fidi interpretis officio fungi. Tantum enim abest ut Horatius ei quem compellat, & cui præcepta dat, neget fidi esse interpretis verbum verbo reddere, vt contrâ diligentiam hanc, scu diligentem operam, fido interpreti relinquendam esse dicat. Esse autem hunc morem Horatii, relinquere subaudiēdam illam voculam, multis exemplis docui in quadam Diatriba ex iis quas operibus huius poetæ in mea editione subiunxi. Atque hanc meam observationem ante multos annos Dionysio Lambino communicaui, quum Patauii degeremus. Cæterū ex iis qui illā quam dixi ellipsis non animaduerterunt, & cōtrarium illum sensum isti versui subesse putauerunt, nonnulli hæc verba, Fidus interpres, non coniunixerunt, ne dicere coegerentur Fidus interpres pro Fide interpres à poeta dictum esse: sed ita exposuerunt, Et tu interpres non curabis, quan-

tuis velis esse fidus, reddere verbum verbo,
Quæ certè ellipsis tam dura & inusitata ef-
set, quām altera illa quam dico, & mol-
lis est & usitata : 'cuius (vti dixi) multa
in mea Horatii editione exempla profe-
runtur.

Alius est Horatii versus qui minore
quidem cum periculo, sed non minore
tamen errore, in contrarium sensum af-
fertur, ex eodem poematio,

Proiicit ampullas & sesquipedalia verba.
Vulgaris enim hoc utitur versu de eo qui
fundit ampullas & sesquipedalia verba: si-
ue ex ore emittit, id est, *Qui magna loqui-
tur: vel Magnificè loquitur: aut etiam
Magnificè magna loquitur, ut dixit Ti-
bullus.* quod à Græcis dicitur uno verbo
μεγαλοφρονεῖν siue *μεγαλοφρόνειν.* Estque ab
illo nomine factum verbum Ampullari,
quo utitur idem poeta epistola tertia libri
prioris atque cōtrariū significatur, Abiicit
illa magnifica verba, siue Procul à se reii-
cit. Id est, Valde abhorret ab illis magni-
ficiis & turidis verbis. Manauit autem
hic error, id est, hic falsus istorum verbo-
rum usus, ex ea quæ data olim fuit verbo
Proiicit expositione à quibusdam Horatii
enarratoribus. Quorum errore & P. Vi-
ctorium;

ctorium, doctissimum virum, abruptum
fuisse mirum est. Nam verbī Proīcere il-
lum esse quem dixi vsum ostendit multis
exemplis postremus enarrator, qui de hoc
poeta melius quām quisquā aliorū (quo-
rum quidem labores ad nos peruererint)
est meritus. Sed in eo fallitur quōd Græ-
co ~~τετέραν~~ respondere dicit. potius enim
id de passiō ~~τετέραν~~ dicēdū erat. Quin-
etiam addere duo debuerat quæ ad con-
firmationē huius expositionis valēt. quo-
rum vnum est, quemadmodum Horatius
de comœdia dixit, illam interdū vocem
tollere: ita subiungere tragicum vicissim
plerūque dolere sermone pedestri. (nam
quod dicit Et tragicus plerunq; dolet &c.
perinde est acsi diceret, Et vicissim tragicus
plerunque dolet, &c.) quemadmodum
autem Chremetem tumido deliti-
gantem ore attulit in exemplū eius quod
dixit de comœdia vocem tollente: ita Te-
lephum, & Peleum in exemplū eius quod
de tragœdia dixit, afferre. Sed vt conue-
nire hoc exemplū possit, ita verbū Proī-
cere accipiamus necesse est, non vt vulgus
accipit. Alterum quod ab illo enarrato-
re adiici debuit, est hoc, repugnare illi
expositioni proximè sequentem versum,

f.i.

82 H E N R . S T E P H A N I

quo dicitur, Si curat querela sua spectato-
ris cor tangere. Quomodo enī querela sua
cor eius tangeret, si in ea magnificis atque
elatis verbis vteretur?

Alius est eiusdem poetæ versus qui ideo
in proverbiū abiit apud vulgus quòd in
alium sensum acceptus fuerit: de quo ta-
men iampridem Petrus Victorius admo-
nuit. Loquor autem de his verbis,

- quandoque bonus dormitat Homerus.
Putarunt enim *Quandoque hīc valere*
idem quod Aliquando, quum sonet Quo-
tiescunque: & cum hoc aduerbio iungē-
*dum est verbum *Indignor*, quod proxi-*
mē præcedit: ita interpungendo hunc
locum,

Sic mihi qui multum cessat, fit Chærilus
ille,

Quem vix tērque bonum cum risu mi-
ror: & idem

Indignor quādoque bonus dormitat Ho-
merus.

S C H E D I A S M A X X ,

De illis proverbialibus verbis, Dimidium facti qui bene coepit habet, quae nonnulli tanquam Horatiana afferunt.

VE R B A hæc, tanquam proverbia, in ore habent multi, Dimidium facti qui bene coepit habet: in quibus afferendis alii errant, alii non item. Nam qui tanquam proverbia afferunt, autorem nō nominantes, quanuis particulam Bene addant, haud sanè errant: at qui Horatiū ita scripsisse dicunt, erroris ab ipsa versus lege seu mensura conuincuntur: quum vox Bene versum Horatii ingredi nō posset. huic enim versui,

*Dimidium facti qui coepit habet: sapere
aude;*

quomodo illa inseri particula possit: Sed tamen vulgi errore abrepti nonnulli doctri alioqui viri verba illa tanquam Horatiana citarunt: ac (quod multo magis omnies mirabutur) quum pater meus Robertus Stephanus in suo Thesauro Latinæ linguae in nomine Dimidium, usum eius ex Horatii etiam loco ostendens, eum ita scripsisset, Dimidium facti qui coepit habet.

f.ii.

bet, illi qui postea idem Thesauri opus excuderūt, imitari scripturam in qua falso credebat esse errorem nolentes, verè & turpiter errarunt. illam etim voculam Bene inseruerunt, tanquam ab Horatio positam; & à patre meo male omissem. Quumque iam hæc ipsa scripsisse, quia fidere meæ memoriaræ nobeam, eam Thesauri editionem consului quæ Lugduno prodiit anno septuagesimo tertio supra millesimum & quingeniesimum, & rem ita se habere compri.

Sed cur ii qui afferunt illa; tanquam proverbialia, aduerbum Bene addentes, nō errant, dummodo pro Horatianis non afferat, quum videamus ab Horatio illud Bene non agnosci: an duo esse proverbia dicendum est: Ego certè suspicor, cum cuius sunt hæc verba, Dimidium facti qui bene cœpit habet, (quæ versum pentametrum efficiunt) non alio quam Horatium proverbio ut sed magis exacte loqui voluisse. Ac videri etiam potest Plato hoc ita intelligendum existimasse: quippe qui, postquam dixit, δέξην δέ λέγεται μόνιμον παντὸς ἐν ταῖς παρεγμάσι ἔργον, addit, ἡ τίγη καλῶς ἀρέσασθαι πάντας εὔκουρας ὄργη ἐπιδέστε. Quibus subiungit, τὸ δέ οὖτις γέ, οὐ

επο) Φαινετη, πλέον η το γημου. Apud eundem alioqui nullam eiusmodi adiectionē esse scio in alio loco, vbi scribit, Principium cuiusuis operis, esse rem maximi momenti, De republ. lib. 2, οὐκεων οἰδα δηδεχθή παντὸς ἔργου, μέγιστον;

S C H E D I A S M A X X I ,

De illo eiusdem Horatij loco, (Satyra quarta libri posterioris) -ille salubres AEstates peraget qui nigris prandia moris Finiet.

DISPUTATVE variè de hoc loco, quomodo salubria esse possint mora, si illis claudatur prandium : & quidam littem lite resoluentes, nō minus mirum esse dicunt quod de lactucā scribitur à Martiali, quæ suo tempore dapes inchoaret, quum auorum cœnas claudere soleret. Alii alia elabuntur via, nouam videlicet quandam expositionem afferentes horum verborum, Finiet prandia : nimirum vt non intelligamus de illo qui prandium claudat hoc cibo, quippe qui vltimo loco fuerit appositus : sed cui totum prandium sunt mora, qui illorū esu est contetus, qui nullum alium cibum illis addit. Finire enim moris prandium suum dici posse, si f.iii.

nec ante nec post alio vlo cibo vescatur.
 Atq; ita, perinde fuerit acsi diceretur, Cui
 mora, quæ aliis sunt tātūm prandii prin-
 cipium, totum prandium conficiunt. At
 ego ad hanc expositionem verbi Finire
 non necesse puto configere: sed conside-
 randum in cuius persona hæc dicātur ab
 Horatio. Dicuntur certè in Catii persona,
 vel potius à Catio, Epicureo philosopho,
 nihil minus quām philosophicē, atque ade-
 o planē ridiculē de nonnullis ad artem
 culinariam pertinentibus differente, & se
 summō studio & quadam propemodum
 anxia cura omnia de lautitiis, vel potius
 cupediis, præcepta conquisiuisse ostendē-
 te, quinetiam aliquid quod esset ē præcep-
 tis τῆς ὑγρεῖνος διάστης admiscente. Illius
 enim Satyræ hoc esse puto argumentum,
 quod & mea editio habet illiā me præfixū:
 Catiū Epicureū philosophū indu-
 cit quædam artiſ culinariæ, siue τῆς ὀψο-
 πικῆς, aut ὀψαρτυπικῆς, præcepta tradē-
 tem: & sub persona huius scđtam illam ir-
 ridet, vt quæ in huiusmodi rerum cogni-
 tione, tanquam maximi facienda, valde
 sibi placeret, & delicatæ ac lautæ mensæ
 honorem affectaret: interim tamen ne
 hæc quidem artis culinariæ artem exactè

teneret, sed sicut aliarum quarundam rerum ita & huius artis peritiam falso sibi arrogaret. Hæc enim si est mens Horatii in hac Satyra, nemini mirum esse debet ab eo induci Catium aliquid ad illa siue arte siue scientiam pertinens, quod etiā sit plane ridiculum, dicentem. In eadem certè editione pauca margini verba apposui ergione illius loci, quibus illam meam sententiam declaravi. Scripsi enim, Alii intellexerunt de ultimo ferulo quod prandia finiat: ut Catio stultè hoc præcipiente. Dixi autem alios intelligere, quod nonnulli quibus hoc proposueram quod de loco isto sentiebam, mihi assentirentur.

S C H E D I A S M A X X I I ,

*Quomodo sit interpretandum apud Platone
μὴ κινέω τὸ κίνητον, quod proverbialiter
dicitur.*

NE MO nescit *κίνητον* vulgo significare immobile, id est Quod moueri non potest: sed aliud significet oportet in proverbio *κίνητον κινέω*. quū enim aliquē dicimus quidpiam *κινέω*, id est mouere, illud quod mouet, non esse *κίνητον*, id est immobile, fateamur necesse est. Quiaef. iiiii.

tiam quum proverbiali prohibitione dicatur *ἄκινηται μη κανεῖν*, ridiculum videri possit hoc prohibere, si *ἄκινηται* interpretemur Immobilia. Apud Platonem tamē aliquot locis, quorum unus est initio libri vndeclimi De legibus, interpretes *ἄκινηται* ita verterunt: *vbi scribit ille, οὐ πολλοῖς γάρ οὐ λεγόμενοι, τὸ μὴ κανεῖν τὰς ἄκινητας, καὶ περὶ τοῦτο λέγοντες αὐτοὺς εἰδούς ἐκείνων ὄντος.* Interpretati sunt (inquam) & hīc *ἄκινηται* Immobilia: quum rationi cōsentaneum sit ut interpretemur Non mouenda, vel Quæ moueri non debent. Subiungā autem hexastichon quod lusi olim in quendam non hac quidem voce, sed hoc proverbiali praecepto abutentem.

Quum mutanda tibi sentētia dicitur, Aule,

Est quod ἀκίνητον ne moueat, aīs.

Qui mouet ex animo ratio γε fixerit, Aule,

Is quod ἀκίνητον debuit esse mouet:

Qui mouet id quod nō rationi innititur ulli,

Non is ἀκίνητον quod decet esse mouet.

Duo autem extant duorum oraculorum versus, qui ad illud proverbiale genus loquendi alludere videntur: quanuis illo nomine nec idē vtrobiq; nec idem quod hic significetur. Unus est hic,

Μή κίνει Καμαρέναν, ἀκίνητος γάρ ἀπίστων.

Hic enim ἀκίνητος neque est Non mouēda, vel Quæ moueri non debet: neque Immobilis: sed Immota, id est Non mota. Ac reddi etiam possit, Dum non mouetur: vel, Quantis per non mouetur. Alter versus est iste apud Herodotum in Eratone,

Kινήσω Ε Δῆλον, ακίνητόν περ ἔοῦσαν.
vbi Immobilem significare puto: quanuis vulgo reddatur Immotam adhuc.

S C H E D I A S M A X X I I I.

De duabus emendationibus meis duorum Platonis locorum, quas postea autoritate AElianii eos imitantis confirmari comperi.

A PVD PLATONEM in Theæteto quandam lectionem margini adscripsi quam postea AElianii autoritate confirmari lubenter vidi. Locus est in mea editione Tomi primi pagina 144. ὁ δὲ δύντω λείως τε καὶ ἀπλάγιως Ε αὐτοίμως ἔρχεται τὸς μαργίνοις τε καὶ ζητήσοις, μετὰ πολλῆς τῆς περιστήνος οἷον ἐλέου ρύμα αὐτοφυτούμενος, ὡς τε θαυμάσιον τὸ τηλικοῦτον δύτα τῶν ταῦτα θλαυρεάθεαν. Ex hac voce ἐλέου quidam fecerunt εληῖου: ego verò margini adscripsi, mihi legendum videri ελαῖου: ac postea in hunc AElianii locum incidi vbi ελαῖου

itidem τοφίως dicitur fluere : 21οι μέσον ἡ
Τεμπῶν ὁ Πηνεῖος ποταμὸς ἐρχεται, χαλκῆ καὶ
τοφίως πεσεῖν, ἐλαῖου δίκην.

Alter locus est in Menexeno seu Epitaphio, p. 246, Tomi secundi, Τύπον οὐδὲ χρὴ
μηνηδόνει, Τις Τύπον ἐκγόνοις πάντα αὐτὰ
καθηκελεθερεῖν, ὡς περ τὸν πολέμων μη λέπτη
τὸν Τύπον τὴν τῷ περιτομών, μηδὲ εἰς Τύπον
σω αἰναχθεῖν, ηκοντας κάκη. Eregione cu-
jus loci adscripti margini ista, Scriptisse
Platonē puto ἐκεντας κάκη. quod loquen-
di genus est ποιητικότερον, & quidem no-
minatim ὀμηρευτικότερον, præsertim quod
ad hunc verbi εἴκεν usum attinet. Hec ibi
tum margini adscripti ex tempore: ali-
quanto post autem in eiusdem Aelianī
quendam locum incidi qui hanc meam
cimēdationem omnino confirmat. In eo
enim scriptum est, οὐδὲν οὐκέτης μηνηδό-
νει καλητεῖται τὸν στασότιν. Me-
moriae (inquit) proditum non est ullum
seruum præ ignavia prodidisse suum do-
minus. Ita enim puto aptissimè exprimi
posse istud loquendi genus: alioqui εἴκεν
κάκη (id est, ad verbum, Qui cessit igna-
uiæ) dicendus fuerit, Qui ab ignavia est
superatus. Vtitur autem & alibi Plato no-
mine illo κάκη, pro κορία: vt De republ.

lib. 5, pag. 468. Quinetiam in duobus tribusve aliis locis id me apud illum legere memini. Quum autem dixi ἔνοτας καὶ ην
esse ποιητικότερον, nō intellexi (ne quis fallatur) magis poeticè id dici quām illud
ἔνοτας καὶ ην (ita enim scriptum est & in Aldina editione, ἔνοτας, & καὶ ην sine iota subscripto) sed dici aliquantum poeticè,
sive, magis poeticè quām oratoriè. In illis autem verbis ἔνοτας καὶ ην tantum abest
vt poeticum vel oratorium loquendi genus habeamus, vt ne vllum quidem sensum ex iis elicere possimus. Cæterūm quā
uis constet multa Platonis loquendi genera imitatos esse eius posteros, ac præser-
tim recentiores (quod & in Luciano ve-
rum comperitur) tamē fieri etiam potest
vt id quo de nunc agitur ex eodem vter-
que loco aut ex iisdem locis sumpserit.
quem ego locum aut quos locos alicuius
tragici fuisse non absimile vero mihi esset.

S C H E D I A S M A X X I I I I ,
De duobus participiis depravatis, uno apud
Liuium altero apud Melam: hoc ex litera
madiectione, illo ex eiusdem omissione.

P A R T I C I P I A duo obseruaui apud
duos scriptores Latinos, modis inter-

92 H E N R . S T E P H A N I

se contrariis deprauata. vnum est Adem-
pta, apud T. Liuum : alterum, Direptis,
apud Pomponium Melam. Apud hunc
enim legitur in fine capitinis quarti libri se-
cundi, de Alpibus, Deinde vbi Germania
attigerunt, verso impetu in orientem ab-
eunt, direptisque populis immanibus vs-
que in Thracia penetrant. Hic enim scri-
bendum esse puto Diremptisque populis.
Qua voce vtitur lubeter de fluuiis. vt cap.
secundo eiusdem libri, Hos ab Istricis Ty-
ra separat, qui surgit in Neuris. Alibi de
Rhodano, Deinde Lemanno lacu acce-
ptus tenet impetum : sequere per medium
integer agens, quatus venit egreditur. In-
de contra in occidem ablatus, aliquan-
diu Gallias dirimit. Atque adeo in quo-
dam loco vbi vulgo recepta lectio est Di-
uidit, in nonnullis vet. exempl. est Diri-
mit. Est autem is locus initio capitinis tertii
libri secundi.

Ad Liuii autem locum quod attinet, in eo
contraria vti dixi, litera m omissa fuit : sed cu
alja etiam mutatione, Quoniam autem
in mea præfatione in librū De Latinitate
falso suspecta & malum illud & illius ori-
ginem indicaui, locum illum pro meo u-
re hoc transferam. Ita igitur ibi, Vtinam

tamen hoc mali duntaxat ex illa superstitiosa ignorantia contingere, ut illi loqui conantes obmutescere s^ep^ee cogerentur. Aliud certe multo grauius ac perniciosius inde oriri videmus; ut nimirū sicut multa vocabula immerito suspecta illis sunt, ita etiam plerique immerentes immarentium scriptorum loci pro eorum libidine in partes omnes versentur, tandemque ita immutetur, ut ne agnosci quidem à suis, si reuiuiscant, possint. Eius quod dico insigne apud Liuium exemplum habemus in eo lib. 1, loco, vbi nūc legimus, Hodieque in legibus magistratibusque rogādis usurpatū idem ius vi adēptum. Quum enim Vi adeptum, scripsisset, qui participiū Adeptum passiuā interdum significatione ponū ignorabant, in Ademptum mutauerant: at in postremis editionibus, crescente paulatim mutandi audacia, pro Vi adēptum scriptum fuit Vi adempta. Facta verò est & cuidam Ciceronis loco in eadem voce iniuria in Catone maiore. Siquidem vbi legimus, Quo in genere in primis est senectus, quam vt adipiscantur omnes optat, eadē accusant adepti, ille Adeptā scripsérat. Iampridem enim in vet. exemplari hanc lectionē inueni, cui postea omnia

quæ Parisiensi editioni adhibita fuerunt
assentiri comperi. hoc enim annotationes illi subiunctæ testantur. Sed qui sibi in
illa editione multa ex coniectura (proh
facinus) innouare permiserunt, hac in re
tot veterum librorum autoritatem sequi
ausi non fuerunt. adeo suspecta illis hæc
Latinitas fuit, Eandem accusant adeptā,
passiuæ significatione. Quidam tamē Na-
sonis locus, quoniā eius, quod ad sensum
attinebat, difficilis mutatio erat, sacrilegas
talium correctorum manus effugit.

SCHEDIASMA XXV,

*De quibusdam valde subtilibus & argutis
questionibus, quas Gellius apud Tauri
philosophi mensam agitari solitas scribit,
sicut & alias quasdam illis similes.*

VÆSITVM EST (inquit Gellius
libri sexti cap. decimotertio) quādo
moriens moreretur: an quū iam in mor-
te esset, an tum etiam quum in vita foret.
Et quando surgens surgeret: an quū iam
staret, an tum etiam quum sederet. Et
qui artem disceret, quando artifex fieret:
an quum iam esset, an tum quū etiam nō
esset. Hæc ille: à quo quæ prima proponi-

tur quæstio, nō dubito quin eo agitata modo fuerit quem videmus in isto Sexti philosophi loco, libro tertio Pyrrhoniarum hypotyposes (quas olim à me interpretatas luce donauit) capite De generatione & corruptione, *εἰ ἀπέτιστο Σωκράτης, οὐ τοις δὲ εἴη απέτιστον, οὐ δὲ απέτιστον.* &c. Totius autem loci hæc est mea interpretatio. Si mortuus est Socrates, mortuus est vel dū viueret, vel quū iam esset mortuus. Atqui nō dici potest mortuus esse dum viueret: alioqui idē vixisset simul & mortuus fuisset. Nec verò dici potest mortuus quum iam mortuus esset: alioqui bis mortuus esse diceretur. Non igitur mortuus est Socrates.

Quām autem difficile sit ad hanc quæstionem respondere, vel ex iis Tauri verbis quæ à Gellio subiunguntur colligere possumus. Sed ea omnia (inquit) quum captiones esse quidam futilis & inanes dicerent, Nolite (inquit Taurus) hæc quas nugarum aliquem ludum aspernari. Gratiissimi philosophorum super hac re seriò quæsierunt: & alii moriendi verbum atq; momentum manente adhuc vita dici atque fieri putauerunt: alii nihil in eo tempore vitæ reliquerunt, totumq; illud quod

mori dicitur, morti vindicauerunt. &c.
Videtur autem Gellius, quum ait, Totum
illud tempus quod mori dicitur, intellige-
re de tēpore quod Latini moribundi ap-
pellatione exprimunt: quod certè est in
mortis & vitæ confinio: ideoque non vi-
deo cur illi totum id morti vindicauerint.
Nam qui moribundus à Latinis dicitur,
sicut ex parte mortuus, ita ex parte vi-
uus est.

Cæterūm quicmadmodum de morte,
ita & de natuitate quæstionem ibi propo-
nit Sextus philosophus. Si (inquit) natus
est Socrates, vel natus est quum non exi-
steret, vel quum iam existeret. Si natus est
quum iam existeret, bis fuerit natus: si
vero est natus quum non existeret, simul
& existebat Socrates & nō existebat. Exi-
stebat quidem quatenus natus erat: non
existebat autem, secundum illam hypo-
thesin. Vtor autem in his interpretan-
dis, vel potius abutor verbo Existere, ad
vitandam ambiguitatem: quia si dicerem,
Si natus est Socrates, vel natus est quū non
esset, intelligereret quispiam Quum nō esset
natus: itidēmque in sequentibus.

SCHED.

S C H E D I A S M A . X X V I ,
De duabus aliis subtilib⁹ & argutis questio-
nibus quæ à Gellio ibidem proponuntur.

QVAESTIONIS illius quæ apud Gelliū proximè sequitur eam de qua in præcedente Schediasmate differui, eadem ratio est. Quæsitum est (inquit) quādo surgens surgeret: an quum iam staret, an tum etiam quum federet. Eadem (inquam) est ratio, quæ illius de qua differui. nam ut ibi responderi non potest Socratem esse mortuum dum viueret, neque etiam quum iam mortuus esset: quoniam qui respondebit eum mortuum esse dum viueret, eundem vixisse simul & mortuū fuisse dicet: at qui responderit mortuum esse quum iam mortuus esset, bis mortuū esse illum dixerit: ita hīc responderi non potest aliquē surgere quum iam stat, neque etiam dici potest surgere tum etiam quum sedet. Nam si quis dicat eum surrexisse tum etiam quum federet, idem simul surrexisse & sedisse dicendus erit: sin respondeat eum surrexisse quum iam staret, bis ei tribuet illud stare. Eum enim ē sedili surgentem dicet stare, quem iam tum

g.i.

fuisse stantem, non sedentem, ait. Respondebat quidem vulgus Socratem surrexisse tum quū sedere desit, sicut esse tum mortuum quum desit vivere: sed hoc non est ad interrogationem respondere, in qua responsionis etiam formula præscribitur.

Quod autem ad quæstionem tertiam attinet, eorum qui interrogabant quando artifex fieret is qui artem disceret: an quum iam esset, an tum quum etiam nō esset, in ea certè eodem quo in præcedentibus modo hærendum est. Considerandum est enim non proponi hanc interrogacionē, Quisnam fiat artifex, an qui iam sit, an qui nondum sit: sed Quando quis fiat artifex, an quum iam sit, an tum quū etiam non sit. Nam si respondeatur, fieri artificem quum iam est, absurdum erit responsio, quum fieri non possit ut quis illud fiat quod iam est: si respondeatur fieri artificem tum etiam quum non est, absurdum hæc quoque fuerit responsio: quia simul dicetur fieri ut sit artifex & non esse artifex.

At vero apud Platonem aliud eadem in re captionis genus est: apud Platonem inquit in Euthyd. Tomi primi editionis meæ pag. 276, & deinceps. Quæritur enim

vtrum qui discunt, ea discant quæ sciunt,
an ea quæ nesciunt. Respondenti enim,
ea discere quæ nesciūt, opponitur quod-
dam exemplum à quo ille ad fatendum
contrarium compellitur. Sed postea cas-
ptio in ambigua verbi *μανδάνειν* significa-
tione esse ostenditur, ita ut eadem in Lat-
ina lingua repræsentari non possit: quum
μανδάνειν sit & quod Latinè dicitur Disce-
re, & quod Græcè alio verbo *ξωιέσσειν*.

S C H E D I A S M A X X V I I ,

De sophismate quo Herophilus medicus illu-
sit Diодорο sophistæ dicenti luxatum sibi
esse humerum, idéoque medicam eius o-
pem imploranti: Et quomodo imitaretur
id sophisma quo ipse Diодорus motu non
esse probare volebat.

VAESTIONES præcedētes reuo-
cāt mihi in memoriam quoddam so-
phisma quo Herophilus medicus illusit
Diодoro philosopho, vel potius sophistæ.
Quū enim Diодorus ad eum venisset, eius
opem implorans quòd humerum sibi lu-
xasset, negauit fieri posse ut luxat⁹ esset hu-
merus. Aut enim (inquit) in quo erat loco
humerus, in eo excidit, aut in quo nō erat.

g.ii.

Sed neque excidit in quo erat loco, neque in quo non erat. Non igitur excidit. Vt or autem verbo Excidit, quia ille dicit *ἐκμελέσθαι*: quum alioqui antea dixisset *ἐκτινάχων*, vbi ego verbo Luxare sum usus. Cæterum hic medicus Diodoro illudebat, & simul ad sophisma alludebat quo ille vtebatur, negans motum esse. Si (inquietabat) mouetur aliquid, aut in quo est loco mouetur, aut in quo non est. At qui neque in eo mouetur in quo est: (manet enim) neque in quo non est. (quomodo enim aliqua res aliquid agere possit eo in loco ubi ne ullo quidem modo est?) Non igitur mouetur quicquam:

S C H E D I A S M A X X V I I I,

Quid responsuri sunt Sceptici philosophi Ciceroni eos omnem actionem è vita tollent dicenti.

CICERO NEM hæc aduersus Academicos dicentē audimus in Acad. questionum libro quarto, qui Lucullus est appellatus, Maximè autem absurdum, vitia in ipsorum esse potestate: neque peccare quenquam nisi affensione, hoc idem in virtute non esse. Cuius omnis constantia

S C H E D I A S M . V A R .

& firmitas ex iis rebus cōstat quibus assen-
sa est, & quas approbauit: omninoque an-
tē videri aliquid quām agamus necesse est,
eīque quod visum sit assentiri. Quare qui
aut visum aut assensum tollit, is omnem
actionem tollit ē vita. Hæc ille. At Scepti-
ci pro se pariter & pro Academicis respō-
suri sunt (quod enim Academicis obiici-
tur, multo iustius Scepticis obiici potest)
se actionē omnē ē vita non tollere, (quod
Græci, qui eos infestabantur, vocabant *ἀ-
νεργούς εἶναι*) quoniam quanuis non af-
fentiantur, aliquid tale vel tale esse, assen-
tiuntur tamen tale vel tale esse videri: &
visorum rationem habentes, (aut visis ac-
quiescentes) ea quæ ad vitam cōmunem
pertinent obseruando, opinatiōne omni
liberā agūt vitā. In his autē Sextum phi-
losophum sequor: cuius quoniam libri
Græcē nondum sunt editi, & verbis vtitur
quæ vix alibi reperiri queant, totum illum
locū proferendum censui. Ita igitur ille,

Διὸ τέλι μὴ τοῦ Φαίνεται Τίον ἢ Τίον τὸ
ταπείμηνον, σάστις τοις αὐτοῖς οὐφιστεῖται τέλι
τοῦ εἰ Τίον τὸν έξιν ὅπιον Φαίνεται. Λύτεται Τίος
Φαίνεταιοις οὐκ ταπείμηνες, καὶ τὸν Βιωτό-
ντὸν τῆρον ἀδεξίστως Βιωτέρη. ἐπεὶ μὴ δυνά-
μεται αἰνέομητοι παντάπαιον εἶναι. Εἶναι δὲ αὐτῷ

g.iii.

η Βιωτικὴ τέχνης τετραμερῆς ἐστιν· καὶ τὸ μὲν ἔχοντα ὑφηγήσθαι Φύσεως, τὸ δὲ, ἣν αὐτόγυνη πα-
σῶν τὸ δέ, ἣν ὁ θεατὴς νόμων τε οὐκ εἰσάντος δέ,
ἢν διδικολίᾳ τεχνῶν. ὑφηγήσθαι μὲν Φυσικῆς,
καθ' λόγον Φυσικῶς αἰδηπηποιοῦντος εἰσι μὲν.
πατῶν δέ αὐτόγυνη, καθ' λόγον λιμένας μὲν Πλάτονος
Φιλολογίας οἰδηπεῖ, δίκρος δέ ἐπι πόμα. εἴδων
δέ τοι νόμων θεατήσθαι, καθ' λόγον τὸ μέντος
βεβηλώσαντος βιωτικᾶς, ὡς ἀριστήν,
τὸ δέ αὐτοῦ, ὡς Φαιδροῦ. τεχνῶν δέ διδικολίας, γραφτὸν τοι
θεατήσαντος τέχνας. πῶς ταῦτα δέ πάντα
Φαῦλον αδοξάσων.

S C H E D I A S M A X X I X,
*De tribus trium Gelli locorum emenda-
tionibus.*

GE L L I quædam quum paulo ante
afferrem, emendationum trium eius
locorum sum recordatus: quas te celare
nolo. Sunt duo in capite octavo libri pri-
mi. Hæc enim ibi leguntur de Laide Co-
rinthia, Conuentusque ad eam ditionum
hominum ex omni Græcia celebres erat:
neque admittebatur nisi qui dabat quod
poposcerat. Poscebat autem illa nimiam
quantitatem. Hinc ait &c. Quis putet A.

Gellio (sive Agellio, ut quidam nominandum putant) in mentem venisse, ita quantitatis appellatione vti : vel potius, quæ aures puritati Latini sermonis assuetæ hoc illius vocabuli vsu non offendantur ? Contraria autem lubet (sat scio) alteram lectionem recipiēt, Niium quantum. Quod si quis nc hanc quidem lectionem recipere velit, is se veteri etiam libro fidem derogare sciat, in quo ita legitur.

Primum autem eiusdem capitinis vocabulum est Phocion, pro quo in codē libro scriptum est Sotion : de qua itidem scriptura illi assentiar, donec quod de Sotione constat (cuius nonnulla edidi olim cum quibusdam Aristotelis & Teophrasti opusculis) idem de Phocione etiam cōstet.

Tertius locus est in capite tertio libri decimioctauij, cui eandem adhibere oportet emendationem quam illi à quo Sche diastma hoc sum exorsus : sed quod hīc est vocabulū, multo vicinus est ei quod substitui debet, quām esset illud. Nam illic Quantum pro Quantitatē, hīc Quātum pro Quanto substituendum est. Locus est hic, Tum exurgit sententiæ dicendiæ gratia homo quispiam turpitudine pristinæ vitæ defamatissimus, sed lingua tūc atque

g.iii.

104 HENR. STEPHANI
facundia nimium quanto præstabilis. Nā
& hīc minime dubium est quin scribere
oporteat Nimium quantum. Vtitur alic-
qui hisce verbis secus isto in loco quām in
altero, quum hīc Quantum aduerbialiter
ponatur, illic propriū vsum retineat.
Sic verō ἵππος & ἵλικον, quū dicitur Ἰαυμα-
γὸν ὅσπει, siue Ἰαυμαγὸν ἱλίκον, utrūque vsum
habent: sed frequentius (si bene memini)
eum quo aduerbialiter ponuntur. Sonat
autem proprie Mirum quantum: & hoc
quoque modo quidam ē Latinis scripto-
ribus sunt loquuti.

Sunt & alii Gellii loci quorum emen-
dationes in alio quopiam Schediasmate
inuenies . prius enim eos mea memoria
inueniat oportet.

S C H E D I A S M A X X X ,
*De obseruatione quadam que eodem perti-
net quo Gelliana.*

GELLIANÆ cuidam obseruationi
aliam eodem pertinentem addidi, id
est, margini libri mei erigione loci illius
adscripti: quam hīc proponendam puta-
ui. Sribit Gellius libri septimi cap. penulti-
mo, Quoad viuet quum dicitur, item
Quoad morietur, videtur quidem dux res

dici contrariae, sed idem atque unum tempus utraque verba demonstrant. Haec ille: mea autem pertinens eodem observatione est haec, quod & quum dicitur **Periculum** vitae & Periculum mortis, res una eademque significatur. Quoniam periculum vitae amittenda (hoc enim subaudiendum est) non aliud est quam mortis periculum.

S C H E D I A S M A X X I,
De Gelliana cuiusdam loci Homerici interpretatione falsa reprobans.

GELLIANA interpretatio cuiusdam loci Homeri placere quibusdam non potest: sed fortasse placitura est ubi ea me defendantem audiuerint. Legimus igitur apud eum, libri primi capite undecimo, Sedenim Achaeos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum tibiarumque concentu, verum conspiratu tacito niti-bundos.

Oi δι' αρχήν οὐγῆ μέρεα πνείοντες Ἀχαιοί
Ἐν θυμῷ, μεμχῶτες αἰλεξέμενοι αἰλεκτοῖσι.
Interpungens autem post θυμῷ, non meū iudicium sed illam editionem sequor unde haec depropensi. haec enim ēν θυμῷ νό cum μέρεα πνείοντες sed cum μεμχῶτες iungi puto. Neque vero Gellium his verbis

Conspiratu tacito nitibundos interpreta-
ri voluisse existimo verba illa, στρῆ μόνια
πείσοντες, sed ista, Εν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξ-
εργοὶ αλλάζονται. quomodo enim ignorasse
Gellium credibile sit στρῆ ad verbum τὸν
pertinere? Sedenim quia notissimum est illa
vocē Tacito cōuenire cū ista στρῆ, nō mi-
rū est illa Gellii verba pro interpretatione
prioris versus quosdam habuisse: quibus
haud itidē notū fuit, hæc quoque verba εἰ
θυμῷ interdū idem valere quod aduerbiū
στρῆ: ut certè hīc à Gellio accipi, & quidē
rectē accipiēt, dico. Nam & quod ab eo-
dem poeta dicitur εἰ θυμῷ χαίρειν, Tibul-
lus dixit In tacito sinu gaudere, item In ta-
cito sinu clausa gaudia cohibere: quum a-
lioqui prouerbium illud & breuiore & v-
fitatiore loquendi forma efferendo, dic-
retur, In sinu gaudere.

HENR. STEPHANI
SCHE DIASMA TVM
VARIORVM.

id est, Observacionum, Emē-
dationū, Expositionum,
Disquisitionum,

LIBER SECUNDVS.

qui est
Succisuarum FEBRVARII horarum
pensum.

S C H E D I A S M A I,

De errore qui est in primo limine operis Di-
plosophistw Athenei.

IN LIMINE huius operis Februario
proprii magnum quoddam mendum
à limine operis Diplosophistici, quod
nobis Athenæus reliquit, remouere volo:
quod quo maius est, eo magis à nemine
(quod sciam) animaduersum esse miror.
Legimus enim in illius limine, Τί αὐτὸς ὁ
Ἀθηναῖος μετειληφὼς τὸ καλῆς σκείνης οὐνο-
σίας τῷ νεῷ θεωρητῶν δειπνονοφίστων
h.i.

2 HENR. STEPHANI

ηνε ἀνα τὸ πόλιν πολυθρύλητος ἐγένετο, οὐ ποτὲ
ἄλλου μαθὼν, Τίς εἴτε φρις διεξήσει; Sed quid
sibi vult illa vocula Τί quæ primā in hoc
sermone sedē habet? Etiā si hāc oratio-
nem in partem omnem verses, quid illæ
duæ literæ sibi velint nō reperies. Nec mi-
rum, quū non scripta sit ab ipso Athenæo,
tanquam ad eam pertinens, sed à librario
quopiam perperam adscripta, eam intò
recipiente, quæ extrà collocata fuerat.
Quū enim Timocratis, qui loquitur, per-
sona primis duabus literis notata extrinse-
cus fuisset hoc loco, sicut & paulo pōst
(quemadmodum etiam Athenæi collo-
quentis personā primis duabus A & Θ no-
tataam videmus) librarius quispiam hoc
non animaduertens, ex literis Τι, quæ pro
Τιμοκράτης ab Athenæo scriptæ erant, su-
perposito vocali, accentu acuto fecit par-
ticulam interrogatiuam Τί. Nōdum mi-
hi credis? Mihi credas faxo, vbi etiā prin-
cipium dialogi Platonici quod imitatum
Athenæum esse dico, protulero. Audi ig-
tur Phædonis principium, Αὐτὸς ὁ Φαῖδων
παρεχόντος Σωκράτη, εἰςέντη τῇ ημέρᾳ τῷ Φαῖδρῳ
μάκρον ἔπειν τὸν δεσμωτηρίων, οὐ ἄλλον τον
ηκούσας; Atque ut huic Echecratis inter-
rogationi responderet Phædo, Αὐτὸς ὁ Εὔ

κερτες, sic in illo Deipnosophistis primo libro Timocrati respondet Athenaeus, *Αυτος οι Τιμόκερτες μεταχων*. Scribendum igitur, *T. Αυτος οι Αγγειαις &c.* nisi pro *T* solo malis vel *Tiμ.* (nam *Tiμ.* non sine periculo scribi hic posse ostendit error ex hac scriptura natus) vel *Tiμοκρ.* vel *Tiμοκρεχης*, nihil abscindendo. Interpres autem putauit *η* significare Nunquid. quæ certè planè noua esset atque inaudita significatio. At verò errores in audacis pariter & imperiti hominis interpretatione inuenire, minimè nouum est: qui de lectoribus eo tantum nomine bene cretur, quod amplam illis risus materiam plerisque locis præbeat. ex quibus unus est non procul ab hoc principio, ubi Apollodori versus quosdam Latinè reddere conatur, in corum enim postremo vocem *Ἀφεγγ* interpretatus est Esedius. Quia interpretatione nulla fingi magis ridicula potest, ex iis enim quæ præcedunt colligi posset ab eo cui vel mica iudicii esset, *Ἀφεγγ* vel sedile, vel aliquid saltem esse quod sedilis vsum præstet. Ita enim Apollodorus,

*Εἰς οἰνίσιαν ὅταν τὸς εἰσιν Φίλου,
Ἐστιν θεωρῆν, Νικοφόρον, τινὸς Τοῦ Φίλου
Εὐνοϊαν δέ θειούς εἰσιν τὸς θύγαρας.*

h.ii.

¶ HENR. STEPHANI

Οὐρανοὶ ἵλας τεθόν θέτιν, οὐκαν
Ἐσαιε, καὶ ταφοῦ λαγεῖν. ὑπάντησέ πει,
Δίφερον δέ τις εἴηται, καὶ μηδὲλογεῖ
Μηδέτιν.

Quum aliquis (inquit) domum amici ingreditur, benevolentiam amici iam in ipsis foribus perspicere est. Primum ianitor hilaris est, canis ad blandiri incipit; ad est aliquis statim qui sedile illi ponat, non expectans donec id facere iubetur. At ille ita,

*Domos amici ingressus atque limina.
Statim videbis Nicophon gaudentia
Iucunda amicique obuiantis pectora.
Iucundus est seruus, mouēs caudam canis
Occurrit: alter iā parauit effedū Iniuissū.
Cogita lector quām spatioſa fuisse oportet
coenacula, si quidem in ea inferri sole-
rent plauftra ſive effeda, in quib⁹, tanquā
ſedilibus, ſederet quicunque ex amicis in-
gressi eſſent. Sunt verò & alia quæ tibi de
hiſ effedis cogitāda relinquo, ut participa-
re mecum riſum poſſis, quæ tibi inuidere no-
lui. Sed in penultimo versu mēdosum eſſe
ὑπάντησε, ad inonere te volo. At ſi ὑπάντησε
ſcribas, rectè certe & in γ̄ mutaueris: ſed tu
quoque produci in præpositione γ̄ ne-
ceſſe erit. quod non ab re mirū cuiquam
videri poſſit.*

S C H E D I A S M A I I ,

De loco Dionysii Halicarnassei, in ipso historiae eius limine, cui duo interpretes contrarium sensum dederunt.

ALIMINE ad limen transfire libet: id est, ab emendatione loci qui est in limine operis Athenæi, ad emendationem alius me conuertere, qui est itidem in limine operis Dionysii Halicarnassei. Quā tamen illic non solum interpretationem sed ipsum etiam textum, ut vulgo appellamus, corrigere oportuerit, h̄c interpretatio duntaxat corrigenda, & de falsa interpunktione, quæ duos interpretes in grauiissimum errorem impulit, admonendus lector erit. Quem enim grauiorem ullus interpres potest errorē cōmittere, quām quā in ipso operis initio tam procul à sui autoris mente recedit, ut verba Latina cōtrarium sonent ei quod sermone Græco dicitur? Talis est tamen ille error. Ita enim Dionysius,

Τοῖς εἰωθότας διαδιδόται τοῖς περούμοις ἐπεργαλήν λόγοις οὐκανέτελόμηνος αὐταῖς καίσομεν τοῖς ἔμαυτοῦ περιεπειν' οὐτε ἐν τοῖς ιδίοις μέλλων τὸν τοντόν εἰπάνοις, οἷς ἐπαγγεῖσθαι φανομένοις τοῖς ἀκεύουσιν, οὐτε &c.

h.iii.

6 HENR. STEPHANI

At Lapus Florentinus ita, Quum minime vellem rationes quæ reddi solent in proœmiis historiarū scribere, de me præfari cōgor: nec extollendis tamen laudibus meis superfluè vacaturus, quas molestas audientibus scio: nec &c.

Quinetiam Sigismundus Gelenius ita, Etsi non libet hac præfatione rationē scribendi reddere, necesse tamen habeo primum de meipso dicere: non propriis laudibus immoraturus, quas scio molestas videri audientibus: nec &c.

At ego contendo locum hunc interpretandum esse ita (si non, iisdem verbis, ac certè quorum sit idem sensus) Rationes quas in proœmiis historiarum mo ris est reddere, de me afferre in hac præfatione necesse habeo: quod alioqui minime vellemp. Sed neque multis in propriis laudib⁹ sum futurus, quas audientibus graues molestasque videri scio: nec &c.

Ambobus autem illis interpretibus ita in ipso limine impingendi & sensum omnino inuertendi causam fuisse manifestum est, quod post ξυρη Βουλόμενος inter pungere, & accusat⁹ ος Τις εἰωδότας λέγοντα cum illo participio Βουλόμενος iungarent: quin contrà non aliter sit intelli-

...
...
...

S C H E D I A S M . V A R . 7

gendus hic locus quām si hoc collocata
ordine essent verba, αναγκαίους τεσσερειν
τοὺς ἔμαρτυς Τις εἰσήγεται σπουδαῖα τοῖς
τεσσαρίοις οὐδὲν λόγοις, οὐδὲν Βουλόμε-
νος. Perinde acsi dicaret, καί περ οὐδὲν Βου-
λόμενος. Neque vero culpam reilicere pos-
sunt illi interpres in ea quibus vñi sunt
exemplaria: quum animaduertere debe-
rent, Dionysium id diligentissimè in tota
hac præfatione præstare, quod se præstitu-
rum esse negasset, ut quidem eum inter-
pretabantur. Vix enim vñiam prætermi-
ssile comperietur ex iis rationibus quæ in
proœmiis historiarum reddi solent.

S C H E D I A S M A III,

*De quibusdam locis historiae Dionysii Halicarnassei, in quos nomina quæ vocantur
appellativa pro iis quæ propria dicuntur
irreperunt: de aliis item aliorum emen-
dationibus.*

DIONYSII Halicarnassci historicos
libros voluens, quū aliquid in iis quæ-
rere me olim apud eum legisse re-
cordabar, margini adscriptas inueni quaf-
dām emendationes ex cōiectura, (& qui-
dem ab eo iam tempore quo pater meus

h.iii.

8 HENR. STEPHANI

autorem illum luce donauit) quæ hic cle-
ctori propositæ , cautiorem eum, quum
eosdem libros in manus sumet, redditur
videtur: quoniam in iis quomodo voca-
bula quædam appellatiua sedem proprio-
rum occuparint, videbit.

Pagina igitur octaua , non procul à fi-
ne, scriptum ibi est,

Κινδυνεύει δὴ καὶ Τύποις μηδὲν Διαφέρειν
τὸ τῆς Αἰσχετίνων Φῦλον ὃν ἐκάλουεν οἱ πα-
λαιοὶ δὴ λέγω. Τοῖς δὲ αἰεσίοις καὶ μιχάσι, μη
μηδεμίαν γῆν Βεβαίως εἰς πατέριδα κατοικοῦ-
σι, ταῦτα ἐπενίζεντα τὰ ὄνοματάν αἰσταν-
λά. Sed pro δὴ λέγω annotatū ibi est scri-
bendum videri Δελέζων. cuius nominis e-
tymo quadrant quæ à Dionysio dicuntur,
sic appellatos esse eos qui essent αἰεσί &
μιχάδες. nam & Eustachius scribit ita no-
minatos existimari quod essent σύλλεκτοι
καὶ μιχάδες. Et alibi itidem tradit, à verbo
λέγω significatε σωάζω ducentam esse illam
appellationem, quod essent ἐκ πολλῶν συλ-
λεγόντες ἔθναν. Atque hæc cum iis conue-
niunt quæ à Strabone libro 13 scribuntur,
hos Lelegas εἰς δὲ τὰ Ἑλλάδα κατα-
ειδίωσαν.

Item pag. 33, ubi scriptum est, νίστων
Προχύτη καὶ αἰχατερίω καὶ δηποταῖς περισ-

S C H E D I A S M . V A R . 9

μοσῆιν, pro his duabus vocibus *καὶ θεόν* *τὸν* alia le^ctio annotata ibi est ex conie-
ctura, *Kai οὐτι*, de qua non video quomo-
do dubitari possit. quum hoc promonto-
rium à nutrice *Aeneæ* nomen hoc acce-
pisse tradat, sicut & Virgilius in primis li-
bri septimi veribus.

Est verò & de hoc monendus lector,
in nonnullis locis priorem interpretē
Lapum potiorem nostra lectionē sequu-
tum esse: vt pag. 21, de Minerua, *καὶ πάρ' ε-*
πείρω, τέως εἰς ἀρχὴν αὐτίκην τραφίλων, pro
ἀρχῇ ille *ἀρχεὺν* se legisse ostendit: quod
est huic loco multo aptius. Et pag. 57, cir-
ca principium, *περίλια, non περὶ πάλια*.
Quinetiam in nominibus propriis alicu-
bi eius exemplar meliorem habuisse scri-
pturam videtur. Ne hoc quidē dissimu-
lare volo, illum aliquot locis quædam in
suo exemplari inuenisse quæ in nostro nō
fuerint. Monendus est præterea de confe-
rendis locis aliquot qui ab Eusebio affe-
runtur. Quo tamē labore, vel potius qui-
bus laboribus, cum leuabit, vt spero, quæ à
me prohibet historici illius editio, cum no-
ua interpretatione, cuius iam oblatum mi-
hi specimen summopere placuit.

SCHEDIASMA III.

*De Dionysio Halicarnasseo ἐργάτῳ θυ-
γιδίαν reprehendente, & tamen eam
imitante.*

DIONYSIUS Halicarnassus quām
Dacris reprehensōr Thucydidis fūerit,
præsertim quod ad ἐργάτων attinet, igno-
rare nō possunt qui cūm alia quædam e-
ius scripta legerunt, tum verò eum libel-
lum quem Andreas Duditus Latinū fe-
cit, Q. AElio Tuberoni dicatum. Ab illo
reprehensum est. Thucydidem, & quidē
imperitò etiam de quibusdam, non mi-
ror: sed in quo tā multa reprehenderet, cū
in re vlla imitari voluisse miror: sed mul-
to etiam magis mirum mihi est, quēdam
eius locum est. imitatum cui similes quoſ
dam repr̄chēdat. Nisi fortè dicamus, cum
illos libellos post libros historicos scripsiſ-
se, & aliud tum quām priū illius iudiciū
fuisse. Duos autem obſeruaui insignes lo-
cos Thucydidis, quos ille est imitatus in
duobus sūx historiæ locis: ex quibus eum
tantum afferre nunc possum quēm mihi
memoria ſuggerit. Is est libro ſexto, pag.
276, circa ſixiem. nam in M. Valerii ad ple-
bem oratione ita clauditur quædam pe-

S C H E D I A S M . V A R . II

riodus, καὶ τοῖς οὐκετίσκειν ἡ δοκοῦσα ἡμῖν τῇ ναινῇ
περένοια, οἰδία τοὺς ἐκάτερους μέρες απέγεια
Φιερούμη. Sic verò & apud Thucydidaem
libro primo, in concione Corcyraeorum,
hæc est periodi cuiusdam clausula, καὶ πε-
ρείσκειν ἡ δοκοῦσα ἡμῖν πέστερον σωφερού-
νη, νεῦ ἀστολή καὶ ἀθέναια Φαγούμη. Oa-
mittio autem paucula verba quæ interii-
ciuntur à Thucydide, ad exponēdam vo-
cem illam σωφερούν.

Hanc, in quam, Dionysii imitatione ob-
ea miror quā dixi causam: alioqui multos
fuisse scio qui quosdam concionū Thucy-
didis locos sint imitati, & in his Arrianū.

S C H E D I A S M A V ,

*Quis sit Ciceroni Certus paterfamilias, quod
sit Certissimum genus epistolarum. Quæ
itidem οὐ φῆς περία sit Xenophonti.*

C I C E R O , si quis, alijs è scriptoribus
Latinis, nocturna manu versatur &
diurna, habet etiā expositores yeterēs
que notiosque: sed nonnulla tamen apud
eū leguntur, cetera ex iis quorum alioqui
expositio obvia & in promptu esse existi-
matur, & quæ intelligi potius videtur quam
intelliguntur. Ex horū numero sunt hæc,

12 HENR. STEPHANI

Certus paterfamiliâs, Certissimum genus epistolarû. Sribit enim in oratione pro P. Quintio, C. Quintius fuit P. Quintû huius frater, sanè cæterarum rerum paterfamiliâs & prudens & attétus, vna in re paulo minus cōsideratus, qui societatem cum S. Neuio fecerit, viro boño, verumtamen non ita instituto vt iura societatis & officia certi patrisfamiliâs nosse posset. nō quò ei deesset ing. &c. Quis h̄ic Certus paterfamiliâs appellatur? Incertum esse quis sit hic Certus ostēdunt diuersæ expositiones. Quidam enim exponunt Probatî & Cogniti: vt ab eodem in Verrem Certæ res dicūtur quæ probatæ sunt & iustæ, veréque cognitæ: vbi sribit, Hæc omnia nō rerum certarum sed furtorum improbis timorum sunt vocabula. Atque ita Nebulonem certum appellari qui sit cognitus & spectatus, in quadam ad Atticum epistola. Quidam verò Certum patremfamiliâs dici tradunt bonum & constantem. Ac me quoque fateor olim Certi patrisfamiliâs exposuisse Rectam regendæ familie disciplinam constanter tenentis. Verùm quum postea considerarem nullam harum expositionum aptam fore illi alteri loco vbi dicitur Certissimum genus epi-

stolarum, aliam quæ vtrique conuenire posset excogitaui: vt nimurum Certus patrifamiliâs dicatur Qui certò nomē patrifamiliâs m̄cretur, Quem patrifamiliâs nomine dignum esse certum est, Ad quē certò pertinet nomen patrifamiliâs. Hoc saltem constat, si hæc expositionis forma loco isti conueniat, nos eadem posse ut in illo altero, vbi dicitur Certissimum genus epistolarum: at si dicamus Certum patrifamiliâs esse Probatū & cognitum, vel Spe&tatum, quum ad alterum illum locum veniemus, aliam expositionē quererere necesse erit. Sed ad illum iam veniendum est. inueniemus autem in secundo Epistolarum ad familiares libro, in principio vnius earum quæ ad Curionem scriptæ sunt, Epistolarum genera multa esse nō ignoras: sed vnum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absentes siquid esset quod eos scire aut nostra aut ipsorum interesseret. Huius generis lit. &c. Quo enim sensu (obsecro) genus illud appellari certissimū diceremus: Nō certè quod maximè probatum sit & cognitū, quod maximè spe&tatum: sed, vt opinor, cui certissimum sit epistolæ appellationē conuenire. Perinde

14 HENR. STEPHANI

ac si diceret Cicero , Varia sunt scribendi genera (vel, variae sunt scriptiones) quibus appellatio epistolarum tribuitur, ac dubitet quispiam fortasse an satis omnibus illa conueniat: sed iis sanè conuenire scriptoribus certissimum est quarum causa inventa res ipsa est, ut certiores fac. &c. Scio equidem doctum quendam virum Certissimum genus epistolarū exposuisse Verissimum & maximè germanum: quæ expositio à mea non dissentit , sed non itidē indicat quod respiciens Cicero adiectiu illo potius quam alio vtatur.

Cæterūm quum *οὐφες* sit Græcis quod Latinis Certum, de his dissenti locis venit mihi in mentem quidam Xenophontis in OEconomicis, vbi *πενίας οὐφη* itidē vocat Rem cui certò paupertatis nomen conueniat: vbi scribit, ἐσι μέτρον πενία αὐτη οὐφης, το δέ μηπον πνός, μη ἔχει γένηδη. Q.d. Misera est hæc res, eo quod domi habeas, non posse vti quum opus est, quod inuenire nequeas: & qui hanc rem paupertatem vocabit, is minimè errabit.

S C H E D I A S M A VI.

Quid sit Veritas apud Ciceronē in orat. Pro P. Quintio, ubi dicit, In tuam C. Aquili fidem, veritatē, misericordiam, P. Quintius confugerit.

VERITAS ex iis est vocabulī in quibus perspici potest quod in proximē præcedente Schediasmate dixi, quum loquerer de iis quæ intelligi potius videntur quam intelligūtur. Ideo autem huius vocabuli potius quam alius mentionem facio, quoniam legitur in loco qui valde vicinus est ei quem ibi citaui. Quum (inquit) tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam C. Aquili fidem, veritatem, misericordiam, P. Quintius confugerit: quum adhuc ei propter vim aduersariorum, non ius par, non agēdi potestas cadem, non magistratus æquus reperiri potuerit: quum ei summam per iniuriam omnia inim. &c. Quid enim hīc veritatis appellatione significari dicemus: quam esse hanc C. Aquili sicut misericordiam, ita etiam veritatē, ad quam P. Quintius confugerat? Neque idem hīc valet profectō quod passim, neque id etiā

omnino quod paulo antè, quum diceret,
 Si apud hoc consilium ex opibus, non ex
 veritate, causa pendetur. Hic enim Veri-
 tas appellari existimatur Bonitas causæ &
 æquitas. quæ expositio illi alteri loco mi-
 nimè congruere potest, huic tamen satis
 apta, meo iudicio: multo quidem certè
 aptior quam eorum qui dicunt significa-
 re innocentiam, qua veritas minimè ni-
 titur: ut sit subiectum pro re ipsa possum.
 Et quamcunque hic significationem isti
 nomini dederimus, eandem statim post
 dare oportebit, vbi dicit, Certè aut apud
 te & eos qui tibi adfuit veritas valebit, &c.
 Posset autem aliquis fortasse vulgari etiā
 contentus utroque esse: (præsertim quū
 præcedat, Ut multis incommodis veritas
 debilitata, tādem æquitate talium virorū
 recreetur) at in illo quem primum pro-
 posui considerandum loco, fieri posse nō
 videtur ut veritatem Aquilii vocet eius a-
llegoria. Interim tamen mihi fit verissimi-
 le Ciceronem de industria usum hic esse
 hac poti⁹ quam alia appellatione, ut quod
 causæ P. Quintii tribuerat, idem & iudi-
 ci illius causæ Aquilio tribueret. quasi di-
 cat, Sicut dixi hanc P. Quintii causam ve-
 ritate niti, & nihil esse illi timēdum dum
 modo

S C H E D I A S M . V A R . 17

modò non ex opibus sed ex veritate pen-
datur : ita etiam ipse ad tuam fidem, veri-
tatem , misericordiam confugit. Sed quid
tandem putabimus Veritatem h̄ic esse ?
Nullū certè inueni qui exponeret: neq; a-
pti⁹ quicquā occurrit quām vt Iustitiā esse
dicamus (sicut Budæus in quodam loco
orationis pro Deiotaro vult accipi) aut Ve-
ritatis studiū, id est non ἀληθεία, sed Φιλο-
ληθεία, significare putemus. (quum viri
boni sit esse φιλοληθείη, vt ab eodem Cic.
dicitur, De offic. lib. primo, Vir bonus,
& simplicis veritatis amicus.) Alioqui
Tuam intelligerem Tibi amicam , Quæ
à te colitur, Quæ valet in omni iudicio
quod à te exercetur.

At Verum est pro AEquum est, vel Iu-
stum est, multo magis est in usu.

S C H E D I A S M A VII,

De quodam usu particula Quo apud Cice-
ronem valde mihi suspecto, Ciceronianis
tamen valdefrequentis.

P A R T I C U L A E Quò & Quòd passim
apud Ciceronē occurrunt, non solum
in similibus locis, sed in iisdē: quoniā cō-
tingit vt in uno eodemque loco exéplaria
i.i.

quædam hanc, quædam illam particulam
habeant. Reuocarūt autem mihi in me-
moriā hunc particulae Quò abusum lo-
ci duo proximi iis quæ modò ex oratione
Pro P. Quintio attuli. Ibi enim exemplaria
multa habēt. Nō eò dico C. Aquili, quò mi-
hi veniat in dubiū tua fides & cōstātia: aut
quò non iis quos tibi aduocasti viris lecūf-
simis ciuitatis spēm summam habere P.
Quintius debeat. Sed & Quòd vtrōbique
in libris nonnullis legitur. Sic autem & in
aliis quamplurimis vel potius infinitis lo-
cis ita usurpata hæc particula reperitur: sed
ita vt in plerisque altera illa Quòd extet in
aliis exemplaribus. Sic in quadam ad Op-
pium epistola, Tu mi Oppi conseruabis a-
morem tuum. et si more magis hoc quidē
scribo, quām quò te admonendū putem.
Sic etiam in principio epistolæ tertiae libri
sexti, præcedēte particula Quām; vbi scri-
bit, Superioribus literis, benevolētia ma-
gis adduētus, quām quò res ita postularet
fui longior. Vbi autem particula negati-
ua p̄æponitur, non semper in posteriore
parte sequitur Sed quò, vel Sed quòd, ve-
rūm alia plerunque forma oratio absolu-
tur. vt in quadā ad Pætum, quæ est libro
nono, Hæc tibi antea non rescripsi: non
quò cessator esse solerem, præsertim in li-

teris, sed quum explorati nihil haberem, nec tibi sollicitudinē ex dubitatione mea nec spē ex affirmatione afferre volui. Interdum autem subiungit Sed tamen: vt in eodem libro, in ea ad Dolabellam epistola, cuius principium est, *Vcl* *meo ipsius interitu &c.* Legimus enim paulo pōst, Non quò ita sim fractus vt aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem: sed tamen hilaritas illa nostra & suauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erecta mihi omnis est. Alicubi interiiciuntur etiam paucula verba inter Sed & Tamen: vt epist. ad Atticum libro nono, in ea cuius prima verba sunt, De Epicuro, vt voles. et si &c. nam paulo pōst legimus, Nihil habeo ad te quod prescribam: sed tamen institui quotidie mittere, vt eliciā tuas literas: non quò aliquid ex his expectem: sed nescio quomodo tamen expecto.

Ex his locis, quis sit illarum apud Ciceronem particularum usus, manifestū esse potest: quibus infiniti (vti dixi) adjici possent. Sed veniendum iam est ad eas rationes propter quas iis potius exemplaribus fidem habendam censeo in quibus Quòd quam iis in quibus Quòd scriptum est. Ac

i.ii.

20 H E N R . S T E P H A N I

primūm quidem illam exemplarium cōtrouersiam (si vocare ita licet) reddere cōtrouersum illum particulæ Quò vsum, fateātur oīnnes oportet: aut saltem alterutrius harū vsum suspectū reddere. Quæ tamenī controuersia minus in Pauli Manutii quām in aliorū, ac præsertim Lābini, editionibus perspicitur. Manutio enim passim ita placuit ea lectio quæ habet Quò vt alteram Quòd ne margini quidem adscribere dignatus sit: atque hinc factum est vt Ciceroniani multi non hac sed illa particula vtendum sibi putauerint si puri putique Ciceroniani esse vellent.

Tutius tamen vt dicam esse illos sequi libros in quibus quòd legitur, tribus ratiōnibus impellor, quas lectorem diligenter ponderare velim.

Prima est, quoniam etiam si Quò constaret à Cicerone scriptum esse, tamen nō aliud valere dici posset quām Quòd, in ea significatione qua ponitur pro Quia. Ac si quis forte tanto contendendi studio teneretur, vt hoc etiam quod apertum est negare vellet, aliquot conuinci locis posset, quorum unus est in vna ex epistolis quæ ad Cornificium scriptæ sunt, libro duodecimo. Hoc enim est illius principiū

Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis. quam ut conserues, non quò de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Hic enim non aliud valere Quò quam Quia, ex posteriore parte apparet, in qua habemus hanc ipsam particulā Quia; quū tamen perspicuum sit non alium posse in priori usum habere Quò, quam habeat in posteriori Quia. Ad exemplarium autem testimonia quod attinet, non eorum tantummodo quæ manu sed eorum etiam quæ typis scripta sunt, Manutium quidē illo suo de quo dixi more, hic Quo in sua editione posuisse fateor: sed multas in ultorum editiones illi repugnare dico, partim ex vetustioribus, partim ex recentioribus: & nominatim quidē eam cui Dionysius Lambinus praeftuit.

Hoc quidē certe nemo negauerit, quod dixi, cundem utriusque particulæ usum esse debere, & eius quæ priori & eius quæ posteriori orationis parti adhibetur: idēque quum dicit Cicero, Non quò de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, &c. nō alium sensum esse quam si ita loquutus esset, Non quia de tua constantia dubito, sed quia mos est ita rogādi.

i.iii.

Secunda ratio , qua inducor , hæc est,
 quod loci inueniuntur vbi non eandem
 vtraque pars orationis particulam habet,
 quanuis eundem vtriusque usum esse o-
 porteat : sed in vna Quo , in altera Quod
 legitur , Epistola quarta libri sexti exem-
 plum nobis exhibebit : quum in ea hæc
 extent , Evidem quum hæc scribebam ,
 aliquid iam actum putabam : non quo e-
 go certè scirè , sed quod non difficilis erat
 coniectura . Quis verò Ciceronem hæc ita
 scripsisse putet , vt in locis adeo vicinis , vel
 potius in uno eodemque loco (quum hi
 duo pro uno haberí possint) diuersis eadē
 in re particulis usus sit , & tamen ita diuer-
 sis vt in literæ vnius adiectione diuersitas
 tota cōsistat . Adde quod valde suspectā hīc
 reddere potest particulā Quò vel illa scri-
 pturæ huius loci discrepantia quæ est in
 typographicis editionibus : quum non
 nullæ (vti dixi) in priori parte nobis ex-
 hibeant Quò , in posteriori Quod : quædā
 vtrōbique Quod . quanuis Pauli Manutii
 (hanc alioqui valde amantis particulam)
 posteriores quoq; editiones , & quædam e-
 tiam filii eius , quæ prodiit septuagesimo
 secundo post millesimum & quingentesi-
 mum anno , ex iis sint quæ Quò in priori

Tertiā ratio quæ me impellit ut Quòd non Quòd in locis huiusmodi Ciceronem scripsisse credam, ea est quòd nonnulli inueniuntur loci vbi quum prior pars orationis in nōnullis quidem exemplaribus Quòd, in aliis autē Quòd habeat, non iam in posteriori eadem esse discrepantia pos- sit, sed ibi legere Quòd necesse sit. Exem- plo esse ille ipse locus poterit quem mo- dò attuli. Ibi enim legimus, Non quo ego certò scirè, sed quòd non difficilis erat cō- iectura. Vbi exéplaria omnia Quòd in po- steriori parte coacta fuerunt retinere, etiā ea quæ alioqui in priori non hanc sed al- teram particulam agnoscebant. videbant enim librarii posse quidē ferre aures Non quo scirem pro Non quòd scirem (propter alios plerosque similcs locos) at verò, Quòd non difficilis erat, pro Quòd non di- fficilis erat, vix illas aures propter insolentiam esse admissuras. Si autem non va- na est mea suspicio, si nullos illi locos Ci- ceronis deprauassent, quibus ille particu- lam Quòd adhibuerat, non minus insolēs ille alter usus esset alterius voculæ Quòd. Alterū autem usum appello eum in quo cum præsenti modo optatiui iungitur.

i.iii.

SCHEDIASMA VIII,

Quoad pro Quod ad scriptum itidem inueniri, orto errore ex precedenti.

SI A V T E M Quò in illis quos citauis locis, alisque eiusmodi quamplurimis perperam scriptum esse fatendum est, ac substituendum esse Quòd, eadem certè ratione Quoad malè scribi fateri oportebit, illis in locis vbi nihil aliud quām Quòd ad potest significare. Neque enim de eo particulæ illius vsu loquor quo iungitur cum verbo Possum, pro Quantum: (cum verbo Possum, in quam, aut aliis quiddam *ἰστάμενοι* habentibus. veluti quum dicit Cicero in vna ex orationibus De lege agraria, Quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret) neque de eo quem habet vsu quum ad tempus refertur, pro Quandiu, seu Quatisper, aut Interim dum: sed de illo quem ibi habet vbi verbū Attinet relinqui subaudiendum dici potest. veluti in hoc loco, Nec intereft, quoad feras bestias & volucres, vtrum in suo quisque fundo capiat, an in alieno. Neque enim quisquam (vt opinor) negauerit, verbum Attinet hīc subaudiri, præsertim quum ab eo qui hac

scripsit adiici etiā potuerit. Est autem quida*m* Ciceronis locus qui quanuis verbū
Peruenit additum haberet, tamē Quoad,
non Quod ad, in prioribus editionibus le-
gebatur, in prima oratione De lege agraria.
Audente vos, qui amplissimo populi Se-
na ú que iudicio exercitus habuistis, &
bella gessistis: quoad quéque peruenit, per-
uenerit, ex præda, ex manubiis, &c. Ita e-
nīm legebatur in quibusdam superioris
temporis editionibus, vt testantur etiam
Dictionaria, quæ locum hunc in exem-
plum afferunt talis vsus vocabuli Quoad:
tal is vsus, in quam, quem sibi fingebat qui
mendosam esse scripturam illam ignora-
bant. Cæterū si vbi etiam additum erat
aliquod verbum, tamen error ille irrepit,
mirum esse non debet si vbi verbum illud
Attinet, subaudiendum relinquebatur, er-
ratum fuerit.

S C H E D I A S M A IX,

*Quiddam apud Platonem de cupiditatibus
præpostorum dici, ob unam literam ver-
bo cuidam male adiectam.*

I N P H I L O S O P H O R V M præsertim
libris vel una literula magnæ depraua-

26 H E N R. S T E P H A N I.
tionis loci alicuius causâ esse potest. Id ad-
eo apud Platonem etiam expertus sum nu-
per(nunc enim ex eius scriptis petito ex-
emplo, cuius mihi recens est memoria, con-
tentus esse volo) in dialogo cui nomen est
Philebo : pag. 45, tom. secundi, incæ edi-
tionis: ubi legitur, *πίστιν οὐχ* (nisi scribendū
est *πίστις*; *οὐχ*) *αὕτη τὴν γένεσιν ταρπεῖλλων*
ἄντι καὶ διδύμας μέγιστη περιγένεται;
Vnius enim literulæ in verbo *περιγένεται*
adiectione locum hunc ita deprauari
dico, ut philosophicæ isti disputatione
nebræ offendantur: ausim etiam dicere,
ut non solum menti Socratis sed ipsi etiā
rationi repugnetur. Agitur enim ibi de vo-
luptatibus, & quæritur quænam sint maxi-
mæ. Ac quum probare velit Socra-
tes, omniū maximas ægrotis potius quām
sanis contingere, interrogat annō max-
imæ sint voluptates quarum etiam cupidi-
tates sunt maximæ. Hoc autem concedē-
te Protarcho, quærit annō ii qui febris a-
llisque huiusmodi morbis tenentur, ma-
gis sitiant & algeat, magisq; cætera patiā-
tur quæ per corpus pati solent: annō etiā
magis in indigentia versentur (dicit enim
τυρεῖται ξυγγένεται) &, quum replentur, ma-
iores voluptates percipiant. Atqui, ut hæc

vera sint, necesse est ut dicamus (quod & rationi consentaneum est, atque adeo ipsa experientia docet) cupiditates earum rerū quarum fruitio nobis voluptatem affert, non accedere, id est *περιγένεσιν*, sed præcedere, id est *προγένεσιν*. Vnde enim oriatur cupiditas? ex vacuatione. Cupiditas igitur, cuius rei est cupiditas? repletionis. Exempli gratia, Qui sitit, vacuatus est: id eoque repleri potu cupit. Nec verò dubium est quin Socrates hoc in loco *ἐνδεῖαν* appellebat, quam cùm aliis locis tum verò pag. 35. *κένωσιν* nominat. sicut & *κενοῦθεν* ibidē dicit, & pag. quæ illam præcedit. Quinetiā pag. 47, faciens mentionem corum quæ antea dixit, ita loquitur, *ταῦτα ἐμπειρεύειν* μηδέπατε, *καὶ ταῦτα αὐτὸν κενῶσιν*, *τὸλμόστερος* δημοσιεῖται *καὶ ἐλπίζων μὲν*, *χαίρει*, *κενόλυτος δὲ, αἰλυτὴν*. Vbi ego participia hæc participiis itidem nolim reddere, sed potius, *ἐλπίζων*, Quatenus sperat: eodemque modo, *κενούλυτος*, Quatenus vacuatur. Ex his autem, sole clarius esse puto scribi debere *περιγένεσιν*. Quo verbo vtitur hic etiam scriptor (ne forte in hoc tantum eius loco inuentum iri putas) pag. 39. quinetiā duo quæ multo minus sunt vñstata, ibidem habes, *περιχάρην* & *περιλυπήθην*.

Sed ad illam emēdationem addo, velut
 ἡμέρα, aliam cuiusdam vocis quæ bre-
 uissimo sequitur interuallo. nam δηνῶν
 εργάδων, aut δονῶνεργυμόνς (videlicet ἡ
 ἀρδείας) scribendum esse dico.

S C H E D I A S M A X,

*De eo quod ex Platone affertur in proximi-
 mate, de voluptate
 quam agroti quidam percipiunt.*

AEGROTOS quod dicit Plato (vel
 potius Socrates apud Platonē) vo-
 luptatem quandam lōgē maximam, sive
 voluptates longē maximas percipere, ma-
 le quidam attulit tanquam scribū dictum.
 Atque illius error occasionem mihi prae-
 bet nouitios (vt ita dicam) Platonis lecto-
 res monendi vt diligenter animaduerat,
 Socratem non solum εἰργονθεῖαν plerū-
 que, sed etiam multa quæ absurdā sunt ex
 verbis eius aduersis quem disputat elice-
 re: atque adeo illum ad fatenda absurdā
 compellere. Id certē illo quoque fit in lo-
 co. cum enim qui voluptates corpore di-
 cat percipi, & maximas omnium esse illas
 quas maximæ cupiditates antegressæ fue-
 rint, cō adigit vt fateri necesse habeat qua-

S C H E D I A S M. V A R. 29

rundam voluptatum maiorem fruitionē
ægrotis quam sanis contingere. Hoc autē
qui considerauerit, is, quemadmodum di-
ctum olim à Nasone fuit,

*Non habet unde suum paupertas pascat a-
morem,*

*Non tamen hoc tanti est pauper ut esse
velis:*

ita etiam dicet,

Est sua nonnullis ægris permagna voluptas:

Non tamē hæc tanti est æger ut esse velis.

Deligit autem eo in loco ex ægrotantibus
eos qui febricitant, de quibus illud dicat:
propter sitim præsertim, quæ in illis quū
longè sit maxima, ideoque longè maxi-
ma sit potus etiam cupiditas, necesse est
ut quum *νέρωσις* hæc suā *ταλίπερον* nan-
ciscitur, voluptas lögè maxima percipia-
tur, & quidem longè maior quam à sanis.

S C H E D I A S M A X I.

*Platonem alicubi τεὶ τὸν θυμοῦν, id est, de
cupiditatibus, id dicere quod alibi dicat
τεὶ τὸν ἡδονῶν, id est, de voluptatibus.*

E X A M I N A N D V M aliud quiddam
est in eo quem paulo ante attuli loco

ex Platonis Philebo : vbi quum fiat cupidatum & voluptatum mentio , librarij errore factum esse ostendi ut præposterū quiddam à Platone dicatur , quasi accedant voluptates , non autem antecedant . Lectorem igitur Platonis censui monendum , ante quam illi Philebi loco valedicerem , quanuis ea sit θηθυμιαν , id est cupidatum , natura quam ibi dixi , & præcedant ipsas voluptates , quas ηθναις vocant , eum tamen alicubi θηθυμιαν vti appellatione , vbi ηθναις appellationem adhibere potuisset , ac fortassis etiam in sermone ηθελει , debuisse . Ex iis locis vbi voce illa sic vtitur , unus est pag . 68 , Tomi primi , Οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη , λέγεται οἱ πόλεις οὐκοῦνον σωφροσύνην , τὸ τοῖς πόλεσσι θηθυμίας μὴ ἐπίσηθαρ , αἰλλά ὀλιγώσας ἔχειν Κορσικας , αἴρειν τούτοις μόνοις προσοίκειας μάλιστα σώματος ὀλιγωσεῦσι πεπογμένης φιλοσοφίας γῶσιν ; Hic enim Cupiditates propriis Voluptatibus , id est , quod precedit (ut appareat ex iis quæ in illo Schediasmate non fuerunt dicta) pro eo quod sequitur , ponit dixerit fortasse quispiam : atq; id vel ex aliis ipsiusimmet Platonis probare conetur locis , vbi ωτει σωφροσύνης , id est de temperantia , verba facit . Eam enim esse dicit

τὸ κερχετῶν ἡδονῶν: alicubi tamen & θηλυμιᾶν appellationem addens. vt pag. 196, Tomi tertii, ἦ γὰρ ὄμολογεῖται σωφερούντι,
τὸ κερχετῶν ἡδονῶν καὶ θηλυμιᾶν. Item pag.
430, Tomi secundi, Κόσμος ποντίς, λοῦ δῆτα
γάρ, η σωφερούντι, καὶ ἡδονῶν λινῶν καὶ θηλυ-
μιᾶν εὐκερχετια, ἀς φασι. Quum autem
alterutra tantum appellatio huic defini-
tioni σωφερούντι adhibetur, ἡδονῶν potius
quām θηλυμιᾶν fit mentio, non ab illo so-
lūm verumetiam à cæteris philosophis.
Eodemque Latini modo quū suam Tem-
perantiam definiunt, voluptatum potius
quām cupiditatum mentionem faciunt.
veluti quum Cicero Temperantiā in præ-
termittendis voluptatibus cerni dici: & a-
libi, constare ex prætermittendis volunta-
tibus. Quinetiam cum verbo ἐπιθυμῶ lu-
benter aliū ἡδονῶν aut etiam ἡδονῆς appelle-
latione vtuntur: dicentes, ἐπιθυμῶ τοῖς
ἡδοναῖς, vel τοῖς πναὶ ἡδοναῖς: sed Plato vt in
illo quem citauit loco sic etiam alibi ἐπιθυ-
μῶ τοῖς θηλυμιᾶς dicit. vt pag. 439, To-
mi secundi, τὸ γένος ἐργά τε καὶ πενήντα καὶ δικῆν,
τοῖς τοῖς τοῖς αἴλας θηλυμιᾶς ἐπιθυμῆς. Ut
tamen minus hos Platonis mirer locos
in quibus dicit ἐπιθυμῶ τοῖς τοῖς θηλυμιᾶς,
facit quidam Aristoteles, vbi vtranquè

32 HENR. STEPHANI

appellationē ponit. Is est initio capitū de-
cimio etiā libri sexti, καὶ πάντων ἡ τέλος
κοινὸν, τὸ τεῖχος τῆς θεοφυσίας καὶ τῶν οἰνωνί-
πλοηδαμῶν τῶν δύο τῆς ὀχείας μάλιστα. Ac ve-
rò σωφροῦνη sicubi dicitur esse τὸ κερατίνη
τὸ θεοφυσίων, plus esse puto quām si adce-
retur τὸ κερατίνη τὸ ηδονῶν: quum πλοηδα-
μητικὲν τῆς φυσῆς μέρης coercere oporteat
ut ipsas θεοφυσίας coercere dici possimus:
at verò κερατίνη τὸ ηδονῶν eius esse possit qui
τὸ διάθετηπτικὸν superatus fuerit. Quod
quum ita sit, videri possit satis esse dicere
κερατίνη τὸ θεοφυσίων, minimèque requiri
alterum genitium τὸ ηδονῶν.

SCHEDEIASMA XII,

Quid sit φίλοντος sine φίλοντος Platonis in Cratyle. Item, quid πραγμα ab illo & à Xemophonte dicatur, significationem huius nominis restringentibus.

IN CRATYL o Platonis, pag. 404, legi-
gimus, ἔχοντας δὲ τών τῆς σώματος φίλον-
τον καὶ μεγίσταν αὐτὸν ὁ Κέρδος δύνατον πα-
τηρος συγκατέχειν αὐτῷ τὸ Τίς δεσμός δίους
τοῖς αὐτοῖς λεγομένοις. Ibi enim ita scriptum
est: quanuis ex locis etiam iis qui in proxi-
mè præcedente Schediasmate fuerunt ci-
tatis

tati, πλόντιον potius sit scribendum: quum ibi επίσημον, non επίσημόν habeamus, sicut in aliis plerisque locis. Simul autem ostendere mihi videntur illi quae sit nominis huius significatio: id est, πλόντιον dici, breuitate vtendo, pro τὸν τοῦ τὰς ἡδονὰς πλόντιον, aut etiam τοῦ τὰς θητηρίας: vt idem Plato τοῦ τὰς θητηρίας επίσημον non semel dicit: atque adeo illum Cratyli locum hæc verba præcedunt, ἀλλὰ τοτε οὐ γένεται επειδὴν οὐ νυκτὶ καθαρεῖ οὐ πάντων τοῦ τοῦ τὸ σῶμα κακῶν καὶ θητηρίαν. his autē apponitur illa πλόντιον, & illa μεγία. Si autem legamus πλόντιον (vt scribendum potius εἴ-seo) confirmabitur & scripture & illa quā dixi significatio, Aristotelis loco libri quarti De generatione animalium capite quinto, διὸ καὶ τῷ γονακῶν οὐαὶ πέρος τὸν ὄμηλον ἀπρόστητον τοῦ Τιτάνων, διὸν πολυτοκήσωσι, παύονται τῆς πλούσιεως. Vbi minus latè πλόντιον significatiōem extendit, eam ad τὸν τῷ αὐτοχθονίον θητηρίαν restringens: sicut etiam dicitur επισημόνος τοῦ τῷ αὐτοχθονία. Legitur vero & apud Petru Apostolū πλόντιον, Epist. i, cap. 3, vbi non male fortasse μηδεμίαν πλόντιον intelligemus τῷ τοῦ μηδεμίας θητηρίαν επίσημον.

At verò μεγία, quod à Platone illi πλόντιον k. i.

οἰς subiungitur, non dubium est quin ad eam verbi *μανίας* significationem pertineat, à qua dicitur aliquis γιωαγκομάνης siue γιωαγμανής: item ἐρωτημανής, neconon οινομανής. Eodemq; esse usum modo Xenophontem puto, ubi scribit, πί δίκαιον, πί ἀδίκον πί σωφροσύνη, πί μανία. Quanuis enim interdum σωφρονέν significet Mensis comporem esse, vel Esse sanæ mentis, quum ei opponitur τὸ μείνεσθαι, hictamen μανίας minus latè patere puto, & opponi σωφροσύνη quatenus hæc dicitur τῷ τοῦ μεχλίσθετον ήδονῶν, siue τῷ θηριώδει: quo ctiā modo Platonem loqui dictum est.

SCHEDESMAR XIII,

De quadam nota compediaria, cuius loco posita paſſim fuit vox quadam donjus.

EO RVM quæ sunt in libris mendorū origines varias esse constat (quarum plerasque alibi commémoraui) & quin scripturæ compendia in earum sint numero, nemini dubium esse debet. Quaruis autem hoc in vtriusque linguae libris verum comperiatur, h̄ic ex Græcis tātum exempla proferam: quos plura quam Latinos damna (& quædam magis etiam pe-

riculosa) inde accepisse, ideo mirum non est quod magis varia magisque familiaria Græci librarii quam Latini scripturæ cōpendia habuerint. Sed quod dicā de quodam, id verò aliquis meritò mirabitur, quoddam enim fuisse dico in antigrapho scholiorum Demetrii Triclinii in Sophoclem ab Adriano Turnebo excusorū Parisiis, anno M. D. LXXXI, cuius vis seu significatio quum ignoraretur, omnes loci in quibus librarius v̄sus eo erat, deprauati fuerunt. Contentus tamen ero iis qui in oculos meos statim in vnicā pagina incurerunt, quum præcedētia iam scripsisse, & librum illum ad querenda eius quod dixeram exempla in manus sumpsisem.

Dico igitur, in pag. 84, versu primo, siue prima linea, ut vulgè loquimur, hæc ibi legi, *Eἰχε δὲ ἀλλογένως ἔχοντα, οὐ τὸν οικεῖον γενεν.* &c.

Eiusdem pag. versu 6, *Ζηνὶ τεσπάμεν] Ηως πὲ τεσπήν αὐτῷ ποιήσειν Διό. ημεῖς γδέ &c.*

Eiusdem pag. ver. II, *Τὰν νεῦ θέατρον] Ηως ἐκθεάτρον καὶ ποιήσει λησμονῶν τῷ πολέμῳ τῷ νεῦ.*

Eiusdem pag. ver. 13, *Ἐλελίχθων] Ηως, οὐνῶν Διὰ τῷ χρόνῳ ταῖς Θῆσαις.*

k.ii.

Eiusdem pag. ver. 30, καὶ ἐστιν ὅμοιος τῷ
γάμῳ, ἵνας γαμέτευμα καὶ νουῦ.

Quid sibi vult Ἡλεῖς in his omnibus locis?
Sciunt omnes ἡλεῖς auroram significare, ac
videre possunt nihil illi cum villo horum
locorum esse negotii: at ἡλεῖς quis est qui
Græcam vocē esse dicere ausit? aut, si ausit
dicere, probare possit? Contrà verò, voce
illa, vel potius vocula, quæ compedium quo
vñus erat librarius significabatur, vix vñla
est notior in Græca lingua. ea enim est ἡ
γουῦ: quæ respondet Latinæ Videlicet: id
eoque enarratoribus in frequenti est vñlū.
Exempli gratia, enarrator Arati, Θῆρης Δύ-
νιδης exponens, scribit, ἡγουῦ πεποιη-
μένος, αὐλικαταλλασσόμενος. Et paulo pôst,
explicans hæc verba, Πανούδη Φεγυνον,
ab eadem particula initiū sumit, ἡγουῦ οὐδ
παντὶ τῷ τολμήσει παταγούται. Et valde paruo
interuallo, Μετερόδην γονάτον] ἡγουῦ τὸ
τῆς δύσεως μετερόδην καὶ τὸ γονάτα. Sed
quid alius enarratoris locis id confirmare
opus est, quem apud illum ipsum apud
quem illud ἡλεῖς legitur, in eadem pagina
ἡγουῦ loco huiusmodi adhibitum inue-
niatur? Ita enim ibi, circa finem, Πολλαῖς
ἔχον] ἡγουῦ πολλαῖς Φεγυνίδες επίσημες
ἐπηλγον ἐμοὶ αναγρούσσεις.

S C H E D I A S M. V A R. 37

Neque verò illud compendium in ἡως
tantum versum fuit, sed etiam in ἡερόν: quod
vocabulum nihilo magis est insolens in
Græca lingua, vel potius nihilo magis no-
tum Græcæ linguae quam illud. Habent
autem istud ἡερόν scholia in Callimachum,
non ea quidem quæ ex editione mea nu-
per prodierunt, sed quæ Frobenius antea
ediderat Basileæ. In hæc enim verba hy-
mni in Cererem, Χάρμαστον ἐπινε, scri-
ptum est (pag. 67 illius Frobenianæ edi-
tionis) Καὶ ὁ μαστὸς ὃν ἐπινε, οὐέντη τεοφός.

S C H E D I A S M A X I V I I I ,

*De alia nota compendiaria cuius significatio
quum ignoraretur in exempl. Dionysii
Halicarnassci, spatium vacuum pro illa
relictum fuit, alicubi verò vocula oīū fal-
sò pro ea fuit posita. Item De quorundam
eiusdem scriptoris in eodem opere locorū
emendatione.*

IN DIONYSII Halicarnassci libro
ῳδῶν οὐαγέσεως ὀνομάτων, ex Aldina edi-
tione, (quæ illum cum multis aliis rheto-
ribus coniunxit) occurrit locis aliquot
paruum spatium inane, (quod lacuna
vel potius lacunula vocandum esset, vul-
k.iii.

38 HENR. STEPHANI

garem sequendo appellationem, quibus omnibus vna eademque vox conuenit: ita ut sedem reliquam esse vacuam manifestum sit, quod quae nam significatio esset cuiusdam notae compendiariae, quam exemplar ibi habebat, ignoraretur.

Legitur enim pagina 518, illius Aldinae editionis,

Oὐχ ἀπαντεῖ Φυσε τὸ μέρη τῆς λέξιος Διεπιφέναι τὸν αἰγαλῶντας περ &c.
Item pag. 521, in principio,

Διεπιφένει οὐχ κατέναι τὸν αἰγαλῶντας περ ταὶ ηδύνει μάρτυντος &c.

Et in fine eiusdem,

*Μέρει μάρτυντος Βρεφητία συλλαβή τοῦτο
οὐχ. αἴλιξει πνὰ τοῦτο γλαλλ. &c.*

Item in fine pag 531,

*Τὸν αὐτὸν τέσσον, ἐν ποιητικῇ τε Διελέκτῳ
καὶ τῇ ἀλλῃ ἀπάσῃ. Τοῖς αὐτοῖς ἀνόμοσι γράμμοις πάντες, οὐχ αὐτὰς συντίθενται.*

Vna, inquam, eademque vox, id est vnum idemque aduerbiū *όμοίως*, omnibus his locis conuenit: neque solum conuenit, sed sibi sedes illas vendicat, vt veteris etiam exemplaris testimonio constitit. Sed compendiaria nota qua illud aduerbiū *όμοίως* indicabatur, ignorata fuit. Dubium autem est utrum hæc spatia re-

licta itidem essent inania in exéplari quod Aldus usus est, quod librarius in eo unde descripserat, inuentas & minimè intellectas prætermisisset, an illi tantum qui Aldinæ editioni præfuerunt, vacua loca illa reliquerint.

Multo certè maior alii eiusdem scriptoris loco in eodem opere facta fuit iniuria, ex eadem ignoratione. Nam pag. 514, ob notam illam compendiariam nō itidem aliquid vacui spatii prætermissum fuit, sed in notæ illius ignoratæ locū substituta fuit vocula οὐκ. Legimus enim ibi, Οὐ καὶ πάντα γε μετὰ πάντων οὐχέρμα πέ-Φυκει οὐκ ἀλεπίζεναι τοῖς ἀνοικόν: quum scribendum sit, πέΦυκει ὄμοιώς ἀλεπίζεναι τοῖς ἀνοικόν: sicut & in uno ex præcedentibus locis, eo videlicet qui primus citatus fuit, legendum est, οὐχ ἀπίντη πέΦυκει τοῖς πέρην τοῖς λέξεως ὄμοιώς ἀλεπίζεναι τοῖς ἀνοικόν.

Libet autem eadē opera quibusdam aliis eundem librū mēdis, quæ editioni patris mei cum Aldina communia sunt, repurgare, ex cōiectura. In hoc igitur loco qui est pag. 24, editionis patris mei, at pag. 525, Aldinæ, αἰδρῶσες ἐπάντιον έγινον χῆμα, εἰς σεμνότητος λογίαν ὀπίσθεσον. Hic enim scribendum esse puto, καὶ εἰς σεμνολογίαν
k.iii.

Πατέρων. Pag. autem quarta edit. patris, vbi legitur, ἡ σωθεσίς θεῖν, ὁ σπερματός αὐτοῦ λογίς θεόματος, ποιά τις θέοις παρ' ἀληθείᾳ τούτου μετείπει, Aldina habet ταῦτα ληγα. quæ lectio ferri non potest: sed ne alteram quidem παρ' ἀληθείᾳ retinendam puto, verum scribi debere ταῦτα ληγα. (quauis postea dicat, οἷκεώς θεῖν τι ονόματα παρ' ἀληθείᾳ) Apud Platonem autem παρ' ἀληθείᾳ scio alicubi legi vbi scribendum potius coniunctè, non quidem παρ' ἀληθείᾳ, ut illic, sed παρ' ἀληθείᾳ. Considerandum præterea lectori relinquo annon τόπου in τίτλῳ, itidēmque τόπου in τίτλῳ mutare oporteat in locis qui sequuntur: sūntq; partim in prima, partim in secunda illius opusculi pagina.

Primus est hic, Διῆγες γὰρ οὐσίας αὐτήσις τοῖς πάντας ὡς εἶπεν τοῖς λόγοις, τῆς τοῦ ποιημάτων καὶ τῆς τοῦ ονόματα, ἢν ή μὴ, τὸ παραποτέ τόπου μᾶλλον ἐφαπτεῖται δόξειν αἱ, η ἤ, τοῦ λεπτικοῦ. In Aldina autem editione legitur perperam πολιτικοῦ, pro λεπτικοῦ.

Secundus in secundæ paginæ principio est hic, Εαν δὲ ἐγγένηται μοι σχελοῦ, καὶ τελεῖται σκληρῆς τοῦ ονομάτων ἴτερον ἐξοίσωσις φέλει, οὐ τὸν λεπτικὸν τόπου τελείως ἐξεργασμένον ἔχει.

S C H E D I A S M . V A R . 41

Tertius circa finem eiusdem, Διονύσιος μοῖρα, τῆς τοῦ λεκτικὸν τόπον θεωρητικὸν κατανοοῦν περὶ Τέχνην. His, inquam, in locis & in aliis, si qui sunt his similes, annon magis verisimile sit τύπον appellatio-
ne usum esse Dionysium, lectori conside-
randum relinquo.

S C H E D I A S M A X V ,

De insigni quodam mendosublato ex eiusdē
Dionysii opere De arte rhetorica.

DIONYSII Halicarnassici alius extat liber qui πίγη ρήτορευσθεὶς est inscriptus: in cuius pagina 53, quo insignius est mendum eo insignior erit loci illius emenda-
tio. Quum igitur ibi scriptum sit, περὶ δέρματος αὐτῷ οἴεσθαι που καὶ φύσης δέχασθαι, τῇ μὲν πονοῦ καὶ πολιτεύειν, τῇ δέ γε περὶ τῆς λόγου καὶ φύσης τῇ Αἰστωνος, dico pro τῷ τῇ λόγου scribendum esse περὶ τῆς Ολόρεγου. Esse autem πόν τῆς Ολόρεγου, Thucydidem, Olori filium: sicut τὸν πόνον Αἰστωνος, Platonem, filium Aristonis. suppeditant enim ambo illa de quibus hic loquitur funebrium orationum περιδέρματα. Hanc autem meam emendationem, cuius & in quibusdam annotationibus facta fuit à me olim

42 H E N R . S T E P H A N I
mentio , quendam sibi vendicasse audio.
Meritò quidem certè asterisci nota loco
illi apposita interim fuerat.

S C H E D I A S M A X V I ,

*De emendatione cuiusdam loci Ciceroniani
libro nono Epistol. quæ ad familiares scri-
pta sunt.*

AVDEBONE, post tā multos tám-
que doctos viros , in quosdam Cice-
ronis ad familiares epistolarum locos in-
quirere , quod ad fidem librariorum atti-
net ? Imò quidni ausim , quum emenda-
tio mea , licet coniectura tantūn nñatur,
verisimilis esse possit , quòd vocabulum
substituat & loco valde accommodatum,
& in quo minima sit scripturæ mutatio ?
Adde quòd liberum cuique iudicium re-
linquetur , & receptæ lectioni nihil , ob
hanc meam admonitionem ,decedet.

Ille igitur locus est libro nono(vti dixi)
epistolarū quæ ad familiares scriptæ sūt , in
calce vnius earum quas Cicero Pæto scri-
psit. Ita enim in omnibus quas mihi vi-
dere contigit editionibus clauditur quæ
est vicesimaquarta , Sic tibi mi Pæte per-
suade , me dies & noctes nihil aliud agerò

nihil curare , nisi vt mei ciues saluiliberi-
que sint. Nullum locū prætermitto mo-
nendi , agendi, prouidendi. hoc denique
animo sum vt si in hac cura atque admi-
nistracione vita mihi ponenda sit, præcla-
rè actum mecum putem. Etiā atque etiā
vale. Ita, in quam, in omnibus legitur quas
videre mihi contigit editionibus : neque
quicquam vel à Manutio, vel à Lambino,
vel ab alio quoquam annotatum in eum
inuenio. At ego tamen vocē Agendi men-
dosam esse contendō : primū quia non
satis aptam habere sedem videtur hoc si-
ue participium siue gerundium inter illa
duo Monendi & Prouidēdi: deinde quod
magis mouere nos debet) quoniam bis idē
codē in loco & eodem vocabulo à Cice-
rone diceretur: quum præcesserit, Me ni-
hil aliud agere , nihil curare. Quid ergo
pro Agendi reponendum fuerit ? Aptē ,
meo iudicio (parua quidē certē cum mu-
tatione) reponetur Vrgendi. Huius autem
vocis quām apta sit huic loco significatio,
non quārent (vt opinor) qui eam cū ex
aliorum scriptorum , tum verò aliis ipsius
Ciceronis locis cognitā habebunt. atque
adeo postponi illam non præponi debui-
sse fatebuntur : quum prius monendus sit

44 HENR. STEPHANI

quispiam quam vrgendus. Sed unde natum esse hunc errorem putabimus? Idem certe quod aliis quamplurimis vel potius infinitis in locis, hic quoque contingit arbitror, vt vocis quæ paulo ante præcedit affinitas errandi occasionem præbuerit. quum enim librarius paulo ante Agere scripsisset, verisimile est verbum illud in memoriam illi rediisse, & fecisse ut Agendi pro Vrgendi scriberet.

Si autem meam & de quorūdam aliorum Ciceronis locorum emēdatione sententiam audire cupis, consule & quæ sequuntur Schediasmata.

S C H E D I A S M A X V I I,

De aliis Ciceronianis loci emendatione, in eodem Epistolarum opere.

AB E M E N D A T I O N E initium sum mam quæ magni momenti est, quod ad sensum attinet, cum partia tamen sit & ipsa mutatione. Ita enim clauditur ea libri decimitertii epistola quæ ad Aristum, vel (alios sequendo) ad Audum scripta est, Et ipse spondeo, & omnes hoc tibi cui pro me recipient, ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum sum-

mānque voluptatem esse capturum. Hæc ita in omnibus quæ vnquam in manus mēas venerunt editionibus leguntur: neque vnquam (quod sciam) de alia lectione quisquam, vel ex veteri libro vel ex cōiectura, monuit. Subolet tamen mihi locus: neque tantū n̄ subolet, sed planè mendū olere mihi videtur. Quorsum enim Cicerō amicitiæ suæ mentionem hīc faceret? quòd si de ea hæc dicerentur, nōnne hominis incepti esset, seimetipsum sponsorem & vadē suæ amicitiæ proponere? Neque verò in aliarum epistolarum, quæ itidem commendatitiæ sunt, clausulis amicitiam suam tanquam nouam, sed corum potius quos commendat pollicetur. Cōtrà énīm quum huic vel illi quempiam commendat, id facit amicitia seu iure amicitiæ freatus quæ sibi cum eo intercedit. Sic in illa epiftola quæ excipit eam cuius locus nūc cimendandus proponitur, Peto à te & prò nostra & pro paterna amicitia vt eum in tuam fidem recipias, eiūsque rem famāque tucare. Item in quadam quæ non lōgo sequitur interuallo, Sentiātque meam sibi amicitiam, etiam quum longissimè absim, prodeſſe in primis apud te. Alibi verò idē aut aliquid tale aliis verbis dicit.

46 H E N R . S T E P H A N I

At verò nouæ eorum quos commendat amicitiæ facere spem solet, aut etiam eam, interdum & magnum ex ea fructum polliceri. Sic in ea quæ proximè sequitur eam in qua versamur, Virum bonum tuā pe amicitia dignum tibi adiunxeris, mihi que gratissimum feceris. Sic in alia quæ præcedit, Quod si eos honorificè liberaliterq; tractaris, & tibi gratissimos optimosque adolescētes adiunxeris, & mihi gratissimū feceris. Nihil enim aliud esse, Adiunxeris tibi eos, quām Eorū amicitiam tibi adiūxeris, siue cōciliaris, notū cuius esse debet. Quinetiā ipsa amicitiæ appellatione alii cubi vtens, illud quod dixi pollicetur: vt hīc, Quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum (quod sine molestia tua fiat) siqua in re opus ei fuerit, iuuheris. Id & mihi vcheimēter gratum erit, & tibi postea iucundum. Hominem enim summa probitate, humanitate obseruantiaque cognosces.

Alibi autem aliis eodem pertinentibus verbis vtitur: vt hīc, Ex ipsius præterea gratissimis & humanissimis moribus, cōfirmo tibi, eum te quem soles fructum à bonorum virorum officiis expectare, esse capturum. Item in isto loco, Sed præterea

tibi affirmo , te ex C. Flauii officio & obseruantia, & præterea splendore, atque inter suos gratia , magnam voluptatem esse capturum.

Hæc autem quum ita sint , qui mederi incommodo illi poterimus : Magnum enim hoc in ea quam habemus lectione erit incommodum, quod à Cicerone dicuntur quæ dicere inepti est hominis , ut iam ostendi. Leui mutatione opus fuerit, pro ~~E X M E A~~ scribēdo ~~E X E A~~. Videatur autem erroris occasionem præbuuisse quod à Cicerone subiungitur , Et ex tuo in me officio : sed considerandum erat, Ciceronem loqui de eius quem commēdat amicitia, quam Aristus sibi adiuncturus esset illo officio. Perinde acsi dixisset Cicero , Spondeo , te ex ea amicitia quam tibi cōciliaueris, & ex eo quod in me contuleris officio, præstanto illi quod à te petto, maximum fructum sumimāque voluptatem esse capturū. Longior fui , quod hanc emendationem, à tam multis doctis viris prætermissam , ita sartam & rectam esse cuperem, vt reprehensiones lectorum non timeret. Quod tamen nescio an asse-
quutus ero.

S C H E D I A S M A X V I I I ,
De aliis aliorum Ciceronis locorum emenda-
tionibus, in eodem epistolarum opere.

LE G I M V S in decimasexta epistola libri noni, carum quæ ad familiares scripsit sunt, Sic audio, Cæfarem, quin volmina iam confeccerit ΔωΦΙγμάτων, si quid afferatur ad eum pro meo, quod meū non sit, reiicere solere. Quod eo nunc magis facit, quia viuunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in sermonē vario multa, quæ fortasse illis, quā dixi, nec illiterata nec insulsa esse videantur. Hæc verba, Quid dixi, quid sibi volunt, vñlásne magis ineptus esse pleonasmus potest? Nemo certè non fatebitur ridiculū esse ita loqui, Mea verba, vel mea dicta, quum ea dixi, (vel, postquam ea dixi) non insulsa illis videntur. In neminem tamen incidi qui aures suas hac oratione offensas esse dixerit. At meas quum semper offendisset hic locus, tandem quomodo remoucri posset illa officatio, inuenisse mihi visus sum: & quidē exigua cum mutatione, ut pro **Quā** dixi scribamus **Quos** dixi: & intelligamus illos Cæsaris familiares,

res, quos dixit secum ferè quotidie viuere.

In eadem epistola, nō multo antè, Nec præstari quicquam potest, quale futurum sit quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Vbi multo libentius legerem, Nec præstare quisquam potest. Eiusdem libri epistola vigesima prima, Verumtamen quid tibi videor in epistolis?

Libri autem decimiertii epistola decimasexta, Testimonium meum de eo iudicii, quod & ipse magni æstimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Hic verò non solum dixerim me libentius lecturum, sed ausim etiam contēdere legendum esse, Mei de eo iudicii. Pau lo pōst eadem de re loquens dicit, Habes opinionis meæ testimonium. Manutius tamen illud Meum retinet, ne facta quidē vlla mentione alterius quam ex coniectura affero lectionis.

Libri quinti epistola vigesima legimus, Ita accepi librum à meo seruo scriba, ut eūdem acceperim à fratre tuo. Si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui: si fides, maiorem tibi habui quam penè ipse mihi. Si prouidendum fuit ne quid aliter ac tibi & honestum & utile esset referretur, nō habui cui potius id negotii darem,

l. i.

50 HENR. STEPHANI

Hic locus emendatione minimè opus habere videtur: nec de eo quicquam dicendum putarem, nisi Manutius in suis scholiis admoneret, in omnibus quos viderit libris scriptis legi, Cui potius id negotii darem, quam darem. Exceptis tribus, in quibus sit, Cui potius id negotii darem quam tibi. Sed videri abudare hæc verba, Quam darem, siue Quam tibi: adiecta ab aliquo imperito, qui putaret id per se consistere non posse, Cui potius id negotii darem. Quod tamen ita consistit, si subaudiatur Quam Tullio, scribæ meo. Hæc ille. Ego vero suspicor illa Quam darem mendicare scripta fuisse pro Commendarem. ac primùm quidem fuisse scriptum Darem, deinde quempiam Commendarem eius loco scripsisse, oblitum delere illud Darem. tandem vero Commendarem in Quam darem mutatum fuisse. Hæc autem quum dico, sicut Dare alicui negotium, esse Ciceronianum scio, ita Commendare alicui negotium minimè alienum à Ciccronia na Latinitate esse puto.

Alias quorundam aliorum Ciceronis locorum emendationes meas, id est, in quibus nitor coniecturis duntaxat, exhibebit tibi dialogus nuper à me editus qui inscriptus est Pseudocicero.

S C H E D I A S M A X I X ,

*De Platonis loco non intellecto, quoniam eo
quo ibi vtitur loquendi genere ad quosdā
locos Homeri alludere animaduersum nō
fuerit.*

HO M E R V S ita erat ab omnibus *πε-
ντερηθός* veterum scriptorū aetate, nominatimque Platonis, corūmque quos in suis dialogis loquentes introducit, vt nullum ex vlo eius loco vocabulum peti posset, nec ad quicquam quod ille dixisset respici, siue alludi, quin lectores statim id animaduerteret. Hinc fit vt illi quædā eius verba vcl loquēdi genera suo sermōni intermisceat, eius tamē nomen tacentes, atq; adeo ne admonentes quidem, ca aliunde à se peti. Sed multa quæ lectores illi quibus adeo familiaris erat Homerus, animaduertere statim poterant, à nobis, quibus multo minor cum hoc poeta familiaritas intercedit, vix ac ne vix quidē animaduersti queunt. Sic certè in aliquot Platonis locis quædam Homericā obseruavi, quim alii in illis nihil Homericum agnouerint. Ex illis vnum mihi nūc memoria suggredit memoratu dignissimum,

l.ii.

52 HENR. STEPHANI

qui extat libro septimo De republ. pag. 521
tomi secundi meæ editionis, απειδήσουσιν
οὐδὲ μηνίς (οἰς) οἱ τεόφιμοι πῶντ' ἀκρύοντες, καὶ
σὸν ἐθελήσουσι ξυμπονεῖν ἐν τῇ πόλει ἔκαστην ἡν
μέρει, τὸν δὲ πολιωὸν χρόνον μετ' αὐλήλων οἰ-
κεῖν σὺ τῷ καθαρῷ; Quid Homericum (di-
ces) habet hic locus? Habet certè datiuum
καθαρός cum sua præpositione εἰν. apud eū
enim legimus aliquot locis εἰν καθαρός, ex
quibus in hunc aptissimè transferre po-
tuit Plato, simul etiam aliqua significatio-
nis translatione vtendo. Iliad. 6.

Τρώων δὲ αὖτ' αἰγορίων ποιήσατο Φαίδι-
μος Εὔπορος,

ΝόσΦινεῶν αἰγαγῶν, ποταμῷ δῆτι δινήεντι,
Ἐν καθαρῷ, οἷς δὴ νεκύῶν διεφάγετο χῶρος.

Legimus item Iliad. 6,

Ταφεῖν δὲ ἐκδιαβάντες ὄρυχτην, ἐδρόωντο
Ἐν καθαρῷ, οἷς δὴ νεκύῶν διεφάγετο χῶρος
Πιπλόντεν.

Necnon libro 4, eiusdem poetatis,

Πηλείδης δὲ δῆτι θνῶν πολυφλοίσθεοι θα-
λάσσης

Κατό βαρὺν στενάχεων, πολέσι μὲν Μυρμιδό-
νεστιν

Ἐν καθαρῷ, οἷς κύριαι ἐπ' ηπίονος καλύζεσκον.

Vtus est autem Aristophanes (si bene me-
mini) verbis iisdem eadem in significatio-

ne:at noster Plato ex ipsis Homeri locis aptissimè(vti dixi) in illum suum ea transferens, cum aliqua etiam significationis translatione, eos οἰκεῖον ἐν τῷ καθηγεῖσθαι dixit qui in loco habitarent à tumultibus & turbis civilibus puro. Non enim dubito quin Ficinus quoque, si Platonem cù quò dixi respicere seu alludere animaduertisset, ita interpretaturus fuerit, non autem In contemplationis otio diutius cōmorari. Neque tamen philosophis otium tale conuenire nego (si contemplationis otium appellare licet) sed vocem Græcam id minimè sonare dico. Eum autem quem dixi sensum sequendo, perinde fuerit acsi dixisset αἰνέτος βίον καὶ ακύμαγα ζῆν. id est, vitam tranquillam & tempestatum expertem degere. Vel(vt verbum verbo reddatur)vitam, imperturbatam [sive minimè turbulentā] atque ab vndis intactam. Quia metaphora eadem de re vtens Horatius dixit, -*Ex mortis ciuilibus vndis.* vbi tamen olim legebatur *versor.*

I. iii.

SCHEDIASMA XXX,

De aliis Homeri locis ad quos alludere Platonem preprehensum non fuit.

HO M E R I sunt alii loci, ad quos nihil lo magis animaduersum fuit Platone alludere. Ex his alii ipsa Homeri verba, siue illis synonyma, aut saltem idem loquendi genus, mutata tantum orationis forma, habent: alii sermonis quidem formam (ut ita dicam) retinent, sed verbum aliquod mutant. Ad hos posteriores quod attinet, eorum unus est in Alcibiade posteriori, Tomi secundi mœx editionis pagina 140, in ipso limine, *αλλ' εάν ἔμοιχε περιέχεις τὸν νοῦν, οὐκ τε δύο σκεπτοράρια γε δύνεται συνεργός*. Nam hic sermonis quidem siue orationis forma est Homericus, ubi dicitur *οὐκ τε δύο σκεπτοράρια, sed σκεπτοράρια* minime est Homericum, verum in loco aliis participii *ἐργομένων* substitutum. Ita enim Homerus Iliad. n.

*Σωύ τε δύ' ἐργομένων, καὶ τε περὶ δύο ἐνόησεν
Οἴπως κέρδος εῇ.*

Abierunt autem in proverbiū illa verba, *οὐκ τε δύ' ἐργομένων*, quod idem philosophus in Protagora usurpat, non mutans

ἐρχομένω in aliud participium, sicut in illo Alcibiadis posterioris loco. Sed & Ciçero in duobus suarum epistolarum locis illo vtitur, & quidem in eum sensum quo vulgus dicit. Plus vident oculi quam oculus: siue Plus videt quatuor oculi quam duo.

Vsurpationis autem illius prioris versuum Homericorum, ut ita dicam, exemplum habemus in Hippia maiore, pag. 295, Tomi tertii, *αὐτὸν μέχεται πάντα λέγε*. Vbi si sensum exprimere horum verborum velimus, interpretari oportebit, Ne rem adeo magnam pollicetur. At Ficinus, quum vnde sumpta essent verba haec & prouerbialē eoruū usum ignoraret, toto (quod aiunt) cœlo in iis interpretandis errauit. vertit enim, Ne alta id voce dicas ὁ Hippia. Ignorauit certe manasse hoc loquendi genus ex iis quibus Homerus vtitur verbis, cum alibi, tum Odyss.,

Λίτω γὰρ μέχεται εἶπες. Totus autem locus est hic,

Ω γέρον, καὶ πω τοῦτον έπος πελέεσσαν οἴω.

Λίτω γὰρ μέχεται εἶπες. αὖτις μὲν οὐχι. τότε αὐτὸν

μονῆ

Ελπιδίων τὰ γέρωντος, καὶ δεῖ εἰ θεοὶ καὶ εἰ γέλοιεν.

Quinetiam libro χ, eiusdem poetatis, legimus,

Ω πολυθεοίδη φιλοκέρτομε, μήποτε πάμπον,

Εἴνειν αἱ φρεσόδης μέχα εἰπεῖν· αἱλαὶ θεοῖς
Μῆνον ὅπιτέ φαμ, ἐπεὶ πολὺ φέρτεροι εἰσι.

Neque verò apud Platonem tantum sed etiam apud alios in proverbiū abiecrūt illa verba. ex quibus affert Erasmus: sed ex Homero proverbium manasse ignorauit, mentionem alioqui facturus. Proverbiali autem forma dicebatur non solùm μὴ μέχα εἴπης, sed etiam μὴ μέχα λέγε, & non solumquam μὴ μεχάλα λέγε. Aristoph. verò retinēs etiam aduerbiū λίαν, quod apud Homerum est, dixit, - μὴ μεχάλα λίαν λέγε. Vtitur certè Plato & in Phædone. Ceterū ille huius proverbiū usus, in quo ad Nemesis respicitur, & eius metus incutitur, conuenit cum illo Homeri loco quē ex Iliad. χ attuli, μήποτε πάμπον - μέχα εἰπεῖν, αἱλαὶ θεοῖς Μῆνον ὅπιτέ φα. Neque verò ab his alienum est illud Pauli apostoli (quauis longè alia de re loquentis) μὴ ὄψιλοφεύει, αἱλαὶ φοβοῦ. nam esse intelligendum, αἱλαὶ φοβοῦ τὸν θεόν, ostendunt quæ sequuntur.

SCHED.

S C H E D I A S M A X X I ,
De quodam verbi mutuū usū apud Platōnē
non intellectō.

VOCA BVLM Græcum quo vsus
 sum in principio Schediasmatis quod
 proximo proximum est, quum dicerem
 Homerum ab omnibus fuisse πεπατηθέν
 ætate Platonis, quendam huius locum in
 memoriam mihi reuocat, vbi significatio
 verbivnde factū est illud participiū, ab in-
 terpretibus ignorata fuisse mihi videtur.
 ea ipsa est autem quam & illi participio eo
 in loco tribuo. Hæc enim leguntur in
 Phædro, pagina 273, Αλλὰ μὲν τὸν τις αὐτὸν
 πεπατηκας αὐτοὶ λέων. Quæ verba ibi i-
 ta redduntur, Tisiām ipsum grauiter pes-
 sumdedisti. Quum interpretari oportue-
 rit, Tisiām ipsum adhibita exacta quadā
 diligentia triuisti. vt videlicet ita verbum
 Terere accipiatur vt quum dicitur Tere-
 re scriptorem quempiam. Mutuatus est e-
 nem Plato hoc verbum ex veteri prouer-
 bio, Οὐδέ τις αὐτὸν πεπατηκας. Quum autē
 his & alia adiicere vellē, recordatus sum,
 meas in Platonem annotationes loci il-
 lus mentionem facere: idcōque ad illas,

58 HENR. STEPHANI
si contentus iis non es quæ dixi, te re-
mitto.

SCHEDIASMA XXXII,
De miro quodam usu verbi Timere apud
Ciceronem.

TIMEBE quid sit nemo ignorat: sed mirum est apud Ciceronem legi Timebamus, vbi auditor expectaret Sperabamus: in hoc loco epistolæ vndecimæ libri sexti, (earum quæ ad familiares scriptæ sunt) Nam & ipse qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerum naturam videtur: & ipsa causa ea est vt iam simul cum republ. (quæ in perpetuum iaccere non potest) necessariò reuiuiscat atque recreetur. quotidièque fit aliquid lenius & liberalius quàm timebamus. Quis enim hîc Sperabamus, aut Putabamus, potius quàm Timebamus, nō expectasset? Neque tamē crediderim de prauatum esse locum, tum quòd nimium sit remotum verbum illud ab hoc, sicut significatione, ita scriptura: tum quòd alii etiam loco tali adhibitum inueniatur, qui sextam libri decimiquinti epistolam claudit, his verbis, Ego, vt spero, te propediem

yidebo, atque vtinā republ. meliore quām timeo. Eadem enim ratione expēctādum hīc esset spero, non timeo.

Non videtur autem alia posse iniri ratio defendendi verbum Timere his in locis, quām si comparatiua quæ præcedunt resoluantur in nomina contrariæ significationis, præfixo aduerbio Minus. id est, si Meliore resoluamus in Minus mala: & perinde accipiam⁹ acsi dictū eset, Republ. minus mala quām timebamus. Sic alterū locum, Aliquid lenius quām timebamus, quum legimus, resoluamus in hæc verba, Aliquid minus asperum (vel durum, aut immiter) quām timebamus. Ac nisi alterum illum locum similem postea reperissem, in qua fui aliquando sententia (si suspicio vocari potest sententia) perstituisse, de interiicienda particula Quod: hoc modo, Aliquid lenius quām quod timebamus. Ad illum autem resoluendi modum quod atrinet, tali est vtendum quum dicitur Propè abesse. exponēdum enim, Non longè abesse: sic Propius abesse, Minus lōgè abesse. Alioqui certè prima fronte aduerbia illa cum hoc verbo non satis aptè iungi videri possent.

S C H E D I A S M A X X I I I ,

*De Ciceronianis quibusdam abutentibus his
vocabus EGO VERO in principiis episto-
larum, dum Ciceronem imitari volunt.*

O IMITATO R E S , seruum pecus,
de quibusdam imitatoribus à Flacco
dictum , in nonnullos Ciceronianos (vt
quidem ipsi salutari gaudent) meritò ia-
staretur: qui cùm alia pleraqué imitari
volunt quæ non intelligunt , tum verò
vsum vocū **E G O V E R O**, vel **M I H I V E R O**.
Quia enim apud Ciceronē ab illis inchoa-
ri quasdam epistolas vident, idem suarum
plerisque dant initium : perinde ac si or-
natus tantum gratia **Cicero** principiis illa
vocabula adhiberet. Ut igitur posthac illis
non abutantur, sed vtantur, sciant hoc a-
pud Ciceronem esse eorum officium , vt
ostendant ad id de quo aliquis scripserit,
vel de quo per quempiam à **se** missum in-
terrogavit, responderi.

Sic libro 16 epistolarum ad familiares,
Ego verò cupio te ad me venire: sed viam
timeo. Grauissimè ægrotasti, &c. Respon-
det Tironi qui scripserat se mirari cur Ci-
cero nondum vellet eum ad se venire:

qui, inquam, vel hoc, vel aliquid tale scripsiferat.

Sic libri septimi epist. trigesima, Ego verò iam te nec hortor, nec rogo ut dominum redeas.

Sic sexta libri quarti, Ego verò Serui, vellem, ut scribis, in meo grauissimo casu affuisse. Quantum enim præsens &c. Quæ epistola apertè ostédit rem ita se habere ut dito, quum Seruui epistola ad quā hæc respondet, proximè præcedat.

Sic in principio primæ ad Atticum epistolæ, libri quinti, Ego verò & tuum in discessu vidi animum, & in eo sum ipse testis.

Eodem autem modo Mihi verò, item Tu verò, alibi respōsioni adhibita legūtur. ut in quinta libri noni, Mihi verò ad nonas bene maturum videtur fore. Et libro 16, Tironi, Tu verò confice professionem, si potes, et si hæc pecunia, ex eo genere est ut professione non egeat.

Minimè autem principiis tantum illa pronomina adhibentur, sequente particula Verò: id est, ita ut sint prima epistolæ alicuius verba. Legimus enī in ea quæ est septima libri noni, Cœnabam apud Seium, quum utriusque nostrum redditus sunt

à te literæ. Mihi verò iam maturum vi-
detur. nā quòd antea te calumniatus sum,
&c. Qui etiam locus confirmat quod de
harum vocum vsu dixi. Manifestum e-
nim est perinde esse acsi diceret, Redditæ
sunt à te literæ, quibus rogas an maturum
mihi videatur. Mihi verò iam maturum
videtur.

Alicubi autem ita respōdetur hac par-
ticula Verò, vt simul negetur quod dictū
fuerit: vt ad Atticum epist. 13, (siue 14, vt
in aliis editionib⁹) lib. 3, Nam quòd scri-
bis te audire, me etiā mentis errore ex do-
lore affici, mihi verò mens integra est.

Quemadmodum autem illæ epistolæ
quæ in primo limine habent particulam
verò, præcedēte pronomine, responden-
tis sunt, ita etiam quæ habent Ain' tu? vel
Ain' tandem? vt vigesima prima libri no-
ni, Ain' tandem? insanire tibi videris quòd
imitere verborum meorum, vt scribis,
fulmina? Ab illis autem vocibus Ain' tu,
orditur quandam ad Atticum, quæ est
quinta libri quarti.

S C H E D I A S M A X X I I I ,

*De Ciceronianis quibusdam nōgōγηλίαι inē-
ptam offendentibus, dum usurpant quæ
apud Ciceronem non solum valde rara
sunt, sed valde etiā suspecta potius quam
quæ & frequentia sunt & à suspicione
multum absunt.*

IN C I C E R O N I A N I s quibusdam
(nondum enim eos facere missos volo)
in eo quoque iudicium desidero, quod
nescio quæ loquendi genera consequentur
quæ non solum valde rara sunt apud Ci-
ceronem, sed valde etiam suspecta esse de-
bent. Tale est, Capere dolorem in aliqua
re, quoniā legitur epistola sexta libri pri-
mi, (earū quæ ad famil. scriptæ sunt) Me
in summo dolore quem in tuis rebus ca-
pio, maximè scilicet consolatur spes, &c.
Atqui scire illos oportebat, aut, si sciebant,
considerare, esse ibi & aliam lectionem,
Quem ex tuis rebus capio. Esse autem fre-
quens, & minimè suspectum, Capere do-
lorem ex aliqua re: sicut vicissim, Capere
ex aliqua re voluptatem.

Iidem particulam In (qua ibi vtuntur
pro Ex) omittūt post verbum Esse, quum

dicunt Esse magno dolore, Esse magna l^a
 titia, Esse magna spe : non Esse in magno
 dolore : itidemque in cæteris. Nimirum
 quod apud Ciceronem legatur, quarta li-
 bri sexti epistola, Quanto fuerim dolore
 meministi. Sed & moueat fortassis aliquos
 Pauli Manutii autoritas, scripturam hanc
 defendantis, his verbis, Offendi scio Latini-
 ñæ linguæ rudes hoc loquèdigenerc:qua-
 si mendosum sit, Quanto fuerim dolore:
 sincerum autē, Quanto fuerim in dolore:
 quia scilicet non dicitur, Ego sum l^atitia;
 sed Ego sum in l^atitia. Aptè verò & appo-
 fité. quis enim hoc negat, Ego sum l^atitia,
 dolore, spe, Latinè non dici : At illud quis
 negare potest, Ego sum magna l^atitia, ma-
 gno dolore, magna spe, recte & elegan-
 ter dici. Hæc ille : à quo certè quatuor aut
 quinque saltem exempla requirenda pu-
 tarem illorum loquendi generum, in loci
 Ciceronis, de quorum lectione libri ve-
 teres inter se consentirent: quum ibi con-
 trā n^e vnū quidem adiiciat ad confir-
 mationem scripturæ loci illius, ex epistola
 quarta libri sexti. Ego verò hoc illi gratifi-
 cabor, vt vnū ex epistola quadam ad Atti-
 cum proferam, quæ est sexta libri quarti.
 ibi enim legitur, Quo dolore esse debeo?

Sed

Sed quā ex multis aliis cōstet locis Latinē dici Esse in magno dolorē, quidni suspicer omissam vtrōbique esse In particulam: Quod si etiam non putemus esse prætermissam, cur magis Latinum erit, Esse magno dolore, quām Esse in magno dolore, quum hoc in tam multis, illud in tam paucis locis inueniatur: Sic autem in alio Ciceronis loco legitur, qui est in ultima libri quarti epistola, Tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui, ne quo periculo te proprio existimares esse. Quod imitantes illi boni viri nō dubitatūt dicere, Ego sum periculo proprio. Quasi verò non potius credendum sit omisisse librarium particulam In, quām Ciceronem ita scripsisse.

Hic autem postremus locus, quoniam in eo legitur Proprio, reuocauit mihi in memoriam & illud quod ab iisdem semper dicitur, Proprium meum, & Propriū tuum: non quod hoc loquendi genus velim reprehēdere, sed quod mirer illos nō etiam altero aliquando vti, videlicet Propriè meum, itidēmque Propriè tuum: quasi non itidem Ciceronianè dici possit: quum tamen non minus quām illud apud Ciceronem legatur.

m.i.

Verùm, vt ad peiora magisque periculosa veniam, & in quibus suam *χαρεζηλίαν* non minus incptè quàm in vllis aliis ostendūt, placet Maximo meo beneficio est, pro Maximū à me beneficiū accepit. vel Max. à me benef.habet. vel, Maximo à me beneficio deuinctus est. Aut simplius, Max. à me ben.est affectus. Quoniam legitur in quadā ad Curium epistola, quæ est libro septimo, Acilius, qui in Græciam cum legionibus missus est, maximo meo beneficio est. Quum aliqui in quibusdā exempl.legatur, Maximo meo beneficio affectus est. Sed Paulus Manutius lectionē alteram ita amplectitur, vt ne vllam quidem huius mentionem faciat: exponens Maximum à me beneficium habet. putatq; tale esse quale illud. Summo ingenio est. At ego penè dicere ausim, me in eo, dum hoc dicit, ingenium vel potius iudicium desiderare. Nam quis Maximo meo beneficio est, pro Maximo beneficio à me affectus est, vel Maximum à me beneficiū habet, longè alia ratione quàm Maximo (vel summo) ingenio est, dici non videt? Hic certè vocabulum Præditus locum habet, quum dici etiam possit, Summo ingenio prædictus est: at illic minimē. Quine-

tiam liceat, ablatiuo in genitiuū mutato,
dicere, Homo summi ingenii, vel Summi
iudicij: sicut Summæ virtutis: at in illo al-
tero loquēdi genere permutatio hæc nul-
lo modo habere locum posse.

Imitantur iidem Ciceroniani locum
illum, Magnum tamen esse sp̄erauit apud
te meas quoque literas. Atqui videmus in
aliis exempl.legi, Magnum t. esse sp. apud
te in. qu. literas pondus habituras.

Ne istud quidem pr̄termittunt quod
in filii Ciceronis epistola legitur, Omnia
mea causa velles mihi successa. Et tamen
quid est barbarè loqui, si hoc non est?

Et quemadmodum ex filio & fratre Ci-
ceronis, ita ex alio quolibet eorum, episto-
læ quorum sunt Ciceronianis permixtæ,
(quasi omnes illi non aliter quam Cice-
rianè loquantur) potius quam allus cu-
iusquam, post Ciceronem, verba & loquē-
di genera, quo rarioña sunt, eo libentius
excerpunt: cum illis etiam Δεξιάς Κορτίς, in-
terdum, & non solùm Confieri (quo Te-
rentius & Virgilius vñ sunt) sed etiam Apis-
ci usurpantes, tāquam Sulpicianum: quā
tamen multo plura exemplaria adipisci
habeant. adeo raritatis stulto desiderio te-
nentur. Nec desunt ex illorum numero

m.ii.

qui ignotis etiam vtantur: quale est Palmari, ex Asinii Pollionis epistola: quum tamē ibi Palparer, non Palmerer, antea legeretur, & quidem Lambino quoque lectionem hanc agnoscente: quem alio qui scimus non pauciores quam Manutium veteres libros in consilium adhibuisse.

Ne autem longior sim in hoc sermone faciūt duo mei dialogi, ex quibus multa huc pertinentia peti poterunt. Eorum unus inscriptus est Nizolioididascalus, siue Monitor Ciceronianorum Nizolianorum: alter, Pseudocicero.

S C H E D I A S M A X X V,

Pleonasmos esse videri in quibusdam loquendi generibus apud Ciceronem. Item, vocabula nonnulla in quibusdam videri videntur, si Ciceronis loci inter se conferatur.

IN CICERONI sermonem inquirere nolo: (absit à me tanta Φρεστάδης ut hoc mihi sumam) sed hoc tamen dico, extare quædam loquendi genera apud illum in quibus esse pleonasimi videri possint: siue ita Cicero illa scripta reliquerit, siue (quod de nonnullis potius credidimus) librarii scripturam eius deprauarint:

Ad exempla vt veniam, legimus libro
 De fin. tertio, Recta igitur effectio, item
 conuenientia, denique ipsum bonū, quod
 in eo positum est vt naturæ cōsentiat, cre-
 scēdi accessionem nullam habet. Qui hīc
 genituum Crescendi ~~πλεονάζειν~~ negabit,
 is neget etiam oportet, eundem absq; illo
 sensum futurum fuisse: id autem si neget,
 alii locis conuincetur. At verò vbi dicit,
 Argumentum scribendi, quanuis itidem
 Argumentum sine illa gerundii (vt qui-
 dam vocarunt) adiectione idem signifi-
 caturum fuisse, tamen tolerabilior hæc
 quàm illa adiectione videtur. Sic autē loqui-
 tur libri secundi epist. quarta, Quamobrēs,
 quoniā mihi nullū scribendi argumentū
 relictum est, utrā clausula qua folco, &c.
 Atque vt hīc Argumentum scribendi, ita
 in quadam ad Atticum epistola Argumē-
 tum ad scribendum, dicit, libro nono.
 Apud eundem legimus gerūdium Cogi-
 tandi additum nomini Curam, libro De
 off. primo, nō procul à principio, Quum
 enim utilitas ad se rapere, honestas contrā
 reuocare ad se videtur, fit vt distrahatur
 in deliberando animus, afferatque ancipi-
 tem curam cogitandi. Magis autem pleo-
 naisticè dictum videri posuit quod apud
 m. iii.

eum habemus paulo ante, Triplex igitur est consilii capiendi deliberatio. Nam si inter Consilium capere & Deliberare discrimen statuere quis volet, ut Deliberare sit Cogitare de rebus, & consilium iniire, seu consultare: at verò Capere consilium, sit Statuere aliquid, seu decernere, quod nobis illa deliberatione, id est cogitatione & consultatione, in mente ve- nerit: nescio quomodo hæc distinctio defendi possit, & tale discrimen ponи inter hæc duo loquendi genera, Consilium inire, & Consilium capere. Adde quodd Cicero, si discrimen inter illa vocabula constituere voluisset, videtur dicere debuisse. Triplex igitur est de cōsilio capiendo de- liberatio, vel, in consilio capiendo. Aut po- tius ita, Triplex igitur est consilii capiendi & deliberandi ratio. Omnia tamen exem- plaria de illa lectione cōsentire puto, Tri- plex igitur est consilii capiēdi deliberatio.

At de loco illo quid dicemus, vbi diu- turnitatem maximos luctus vetustate tol- lere scribit: Is est in epistola decimasexta libri quinti, non procul à fine, Nam, quod allatura est ipsa diurnitas, quæ maxi- mos luctus vetustate tollit, id nos præri- perc consilio prudentiāq; debemus. Quid

h̄ic ablatiuo Vetusate opus erat? Vix certe mihi quisquā persuaserit , adesse potius quām abesse debuisse.

Iam verò & alio modo quædam verba videri possunt *πλεονασμόν*, ipsos videlicet Ciceronis locos cum aliis eiusdem conserendo. Veluti si in hoc loco Epist.libri decimotertii, Magnopere eius causa vult omnia , dicamus abūdere nomen **Omnia**, huic loco alios quāplurimos opponentes, in quo dicitur Velle alicuius causa, sine adiectione illius nominis. Quòd si h̄ic dicamus esse pleonasimū , multo iustius esse dixerimus in illo epistolæ filii Ciceronis loco , Nā cū omnia mea causa velles mihi successa , tum etiam tua. Quòd si non pleonasimi, at certe barbarismi (quod multo turpius vitium est) meritè hunc locū, vt opinor, insimulauerimus. Verùm vt à pleonasimis non discedam , si recentioribus editionibus cùm aliorum tum verò Pauli Manutii, habēda fides esset, pleonasimos quibusdam locis subesse diceremus, quos alioqui superioris temporis editiones hac suspicione liberant. Exempli gratia, libro decimotertio, vbi legimus , Gratissimum mihi feceris si intellexero hanc commédatiōē magnum apud te pōdus

m.iii.

habuisse, dicēdū erit illud vocabulū Pondus esse pleonasticum, & Habuisse mutandum in Fuisse: vt legatur, Hanc commendationem magnum apud te fuisse: quoniam contendit ille, Ciceronem eodem in libro ita scripsisse, Magnum tamen esse sperauit apud te meas quoque literas: & non addidisse hæc verba, Pondus habituras, quæ in aliis editionibus leguntur.

S C H E D I A S M A X X V I,

Occultas esse nonnullas parentheses apud Ciceronem: quarum una non animaduersa fecit ut quidam locus epistolæ nomine libri primi suspectus solœcismi fuerit.

APVD CICERONEM occultas quasdam esse parentheses, ideo monendum lectorem putavi, quod duas duobus in locis à duobus alioqui perspicacibus viris non fuisse animaduersas animaduerterim. Sed mihi unus eorum duntaxat in mentem nunc venit, qui etiam solœcismi suspectus, quod ea non deprehenderetur, fuit. Is est in illa longissima libri primi ad Lætulum epistola: qui altè est repetendus, vt iudicium de eo ferre tutius possit lector. Ita igitur Cicero, Illud qui-

dem certè nostrum consilium iure laudandum est , qui meos ciues , & à me seruatos & me seruare cupientes, spoliatos ducibus, seruis armatis obiici noluerim : declarari que maluerim quanta vis esse potuisset in consensu bonorum , si iis pro me stāte pugnare licuisset , quum afflictum excitare potuissent. quorum quidem animū tu non perspexisti solum , quum de me ageres , sed etiam confirmasti atque tenuisti. Quia in causa non modò non negabo, sed etiam semper & meminero & prædicabo libenter. vñus es quibusdam nobilissimis hominibus , fortioribus in me restituēdo, quām fuerant iidem in tenendo. Quia in sententia si constare voluissent , &c. Hic certè omnes post aduerbiū libenter claudunt periodum, quod alioqui magnum à solœcismo periculum huic loco impendere existimat: quidā verò (ex quibus est Dionysius Lambinus) huic loco aliter etiam consulere volunt, nimirum scribendo ex conjectura (nullum enim ullius veteris libri testimoniu proferunt) Te vñsum esse quibusdam nobilissimis hominibus. At ego locū hunc, etiā si nihil in eo mutetur , procul à solœcismi suspicione abesse debere dico: atque id aduersus hanc suspi-

cionem remedium adhibendū esse, quod
in mea illius Epistolarum operis editione
adhibui. quod non aliud est, quām paren-
thesēs notis verba quādā includere: hoc
modo, Quā in causa (non modō non ne-
gabo, sed etiam semper & meminero &
prædicabo libenter) vñus es quibusdā no-
bilissimis hominibus, &c.

S C H E D I A S M A . X X V I I ,
De quibusdam disputationibus philosophicis
Ciceronis ad politiken pertinentibus, in
epistolis ad famil. & de cuiusdam loci, in
una earum, emendatione, qua consen-
tanea videtur sententia ipsius Ciceronis.

PHILosophice disputat Cicero
in nonnullis suarum ad familiares epi-
stolarum de multis ad πολιτειὴ pertinen-
tibus, aut ad officiū πλέτου, qui & vir bo-
nus sit & patriæ amans. Quod argumen-
tum minime conuenire posset iis quæ fa-
miliares vocarētur: idcōq; iure optimo fa-
miliares epistolæ vocari desierūt quæ illo
volumine continentur, & Epistolæ ad fa-
miliares vocari cœptæ sunt: etiam si Pau-
lus Manutius titulum illum retinuerit. In
carum autem epistolarum numero quæ

graues illos tractat locos, meritò ponetur nona libri primi: in qua cum alia præcepta, tum verò hoc (quod ex Platone summis) habemus, Tantum contendere in republ. quatum probare tuis ciuibus possis: viam neque parenti, neque patriæ afferre oportere. In eadem legimus, Nunquam enim præstatis in rep. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permaniso: sed ut in nauigando tempestati obsequi, artis est, &c. Et cum hoc loco cum aliis conueniunt, qui in earundem epistolarum opere leguntur, tum verò quidam in epist. ad Atticū: ex quibus est hic, libro duodecimo, Temporibus parere omnes πολιτειαὶ præcipiunt. Necnon hic in alia quadam, Nemo doctus vñquam mutationem consilii, inconstantiam dixit esse. Præsertim verò in consolatoriis epistolis multos graues & philosophicos habemus de boni viri & patriæ amatis officio locos: neque hoc postremum est in iis quae ad consolationē non aliorum tantum sed etiam sui, affert, inter ciuilium bellorum tempestates, sibi conscientium optimorum consiliorum esse. Scribit enim libri sexti epistola prima, Si enim bene sentire, recteque facere, fatis est ad bene

76 H E N R . S T E P H A N E

beatéque viuendum , vereor ne eum qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit , miserum esse nefas sit dicere . Sic etiam alibi , Tamen multa iam me consolantur , maximé que conscientia consiliorum meorum . Alibi , Ita fit ut & superiorum consiliorum cōscientia & præsentis temporis moderatione me cōsoler . Sed & cōscientiam rectæ voluntatis alibi eadē de re dicit . Alicubi etiam , Quū recordere te tamen rectè veréque sensisse . Item , Quòd ea senserim quæ rectissima fuerunt . Quo loquutus est modo in illa libri sexti epistola prima , Verùm ibi non tantùm bēnē sentire , satis esse dicit ad bēne beatéque viuendum , verum etiam addit Rectèque facere . Atque ita , quum alibi mentionem faciat cōsilio rum duntaxat , in oratione pro Cluentio addit . Atque factorum . Cæterùm ex illa sententia siue ex illis sententiis de conscientia optimorum consiliorum , siue rectæ voluntatis , pendet alia quæ in multis earundem epistolarum inculcatur locis , Vacare siue carere culpa , siue abesse à culpa , magnū esse solatium . Quæ sententia alibi philosophorum etiam autoritate probatur . Scribit enim libri noni epistola decimasexta , Sic

video philosophis placuisse, iis qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, Nihil esse sapientis praestare nisi culpam.

Hæc autem quā ita sint, videndum est quomodo ad illā regulam seu normam examinari locus hic possit, qui legitur in epistola sexta libri noni, Et simul ostētaui tibi, me istis esse familiarem, & cōfiliis eorum interesse. quod ego cur nolim, nihil video. Non enim est idem, ferre siquid ferendum est, & probare siquid probandum non est. Videtur enim perinde esse acsi diceret Cicero, Non dubito quin in irum futurum sit nonnullis me non recusare confiliis illorum interesse, quum tamē in illis à me probentur ea, etiam quæ probanda non sunt: sed ego aliud esse dico, probare quod non est probandum, quām ferre quod ferendum non est. Quem sequēdo sensum, legendū fuetur, Ferre quod ferendum nō est. Sedenim excipiat quispiam, Vbīnam, Cicero, tua illa erit optimorum consiliorum, illa rectæ voluntatis conscientia, si probes ea quæ probanda non sunt? Poterisne te rectè sensisse, & te culpa vacare, dicere? Quum autem hæc Ciceroni meritō obiectum iri videantur, aliam inire rationem expositionis huius loci, quāuis illam

alibi attulerim, conandum est : præsertim quum scribat epist. tertia libri decimi, ad Plancum, Scis profectò (nihil enim te fugere potuit) fuisse quoddam tempus quā homines existimarent te nimis seruire tēporibus. Quod ego quoque existimarem, si te ea quæ patiebare, probasse etiam arbitrarer. Videndum igitur annon ita possit accipi locus ille de quo nunc agitur, ut dicat Cicero se non probare quæ ibi statuantur & decernantur, sed ferre tamen illa eorum decreta quorum cōſilio interest, quod illis obſistere nullo modo posſit. Sicut in eo quem modò attuli loco ex epistola ad Plancum, postquam dixit, Quod ego quoque existimarem, si te ea quæ patiebare, probasse etiam arbitrarer : addit, Sed quum intelligerem quid ſentires, prudēter te arbitrabar videre quid poſſes. Omnino enim videtur significare, Plancū paſſum eſſe, ſeu tuliffe quæ tamen nō probabat, quum contrā rectē ſentiret : quia videbat non eam eſſe ſuam potētiām quæ aliorum consiliis & decretis, quæ minimè probabat, poſſet obſistere. Vel hunc certè locum ſequendo, non immēritò dixerimus, meo quidem iudicio, Ciceronem in illo altero epistolæ ſextæ libri non in nega-

re se probare quæ statuantur & deceperantur ab iis quorum consiliis intersit. Quod si ita est, locum illum aliter quam dixi supera, oportebit *αὐτῷ φέρεται*: in hunc nimirum(aut talem) modum, Mirum videbitur nonnullis, vel, Reprehendent nonnulli quod ego illorum consiliis intersim: at ego cur nolim interesse nihil video. Nō enim est idem, ferre siquid ferendum non est, & probare siquid probandum non est. Ego fero quidem quod ferendum nō est: (feram enim necesse est, quum prohibere non possum) sed longè falletur qui existimat me quod probandum non sit probare. Ac quæ subiunguntur etiam, ostendere videtur eum negare illa probari à se. addit enim, Etsi quid non probē quidem, nescio, prater initia rerum. nam hæc in voluntate fuerunt. Perinde enim est (opinor) acsi diceret, Nescio tamen quid sit quod probare nō debeam, & quod si probem, meritò reprehēdi possim. Nam initia quidem rerum non probo, nec probare potui: sed iam illi quorum consiliis intersum, multa illis initii consentanea statuere coguntur, ea que alioqui minimè statuerent.

Vtramcunque autem sententiam hujus

80 HENR. STEPHANI

loci esse dicas, necesse erit legere, Ferre si-
quid ferendum non est: quam lectionem
& Lambinus probauit. Non est autem quod
quisquam miretur locum hunc diuersè ex-
positum esse, quum ipsis etiam Ciceronis
eadem de re loci aliquid inter se diuersum
habere primo aspectu videri possint. Li-
bro enim quarto haec scribit Sulpicio, Er-
go aut probare oportet ea quae fiunt, aut
interesse, etiamsi non probes. Quarum altera
mihi turpis, altera etiam periculosa ratio vi-
detur. Restat ut discedendum putemus. Vbi Aut
interesse, accipio pro Aut saltē interesse: &
quā turpe, vnu, alterū esse periculosum di-
cat, hoc ad verbū Probare, illud ad verbū
Interesse referri si dixero, huius loci nitar
testimonio, Incredibile est quām turpiter
mihi facere videar, qui his rebus intersim.
Quo etiam in loco obserua, eum non li-
benter imò inuitum illorum consiliis in-
teresse, quum tamen in illa libri noni sex-
ta epistola ita loquatur ac si non inuitus, sed
potius libens illis interesset. Iam verò & in
epistola decimaquarta libri quarti ea legi-
mus ex quibus colligi posse videtur, eum
plerunque vix ausum esse libera oratione
de iis quae non probaret vti. Ego autem
(inquit) si dignitas est bene de rep. senti-
re, &

re, & bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam : sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere, si possis, aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem nullum est reliquum nobis dignitatis : agiturq; præclarè si nos metipos regere possumus, ut ea quæ partim iam adsunt, partim impendent, moderatè feramus.

Ac de illius quidem loci vera lectione simul & expositione, aut etiam de expositionibus, haec tenus. sed hoc addere libet, quum illis verbis, Non enim est idem, ferre si quid ferendum est, (vel potius ferendum non est, ut legendum esse docui) & probare si quid probandum non est : quum inquam illis verbis subiungatur hæc, Etsi quid non probem quidem nescio, præter initia rerum : inueniri & hæc lectione valde diuersam, Etsi quid nō probem ? Quid enim iam scio præter initia rerum ? Sed altera lectio magis mihi placet : cuius expositio mea (quam paulo antè proposui) vide an tibi sit itidem placitura.

n.i.

S C H E D I A S M A XXVIII,

Sicut Actorum apostolicorum cap. 19, curiosæ artes vocatur artes magice, ita curiosum hominem videri ab Horatio appellari qui artium illarum studio sit deditus.

Quid sit ἀργεντίνας αὐτὸν Τίς ιμάχον, Act. cap. 22.

Quia posset esse opta interpretatio verbi σω-
Φεγνίζειν, in hoc loco epist. ad Titum
cap. 2, σωΦεγνίζωσι Τίς νέας Φιλανδρος
ἔναν, Φιλοτίκενος.

Ibidem, οἰνοφεγνίσθατες videri legendum
sine interpunctione.

Ἐν Κύρῳ, epist. ad Cor. 2, cap. 5, & Act. cap.
24. videri significare Interim: quāuis in-
terpretes vertant In hoc.

FE
B
R
V
A
R
I
V
M
imeum aliquot eius-
dem sacrosancti Testamēti locis clau-
surus, à quo lanuarium sum auspicatus, i-
nitium à quodam sumam qui extat in A-
ctis apostolorum, capite 19,

Ver. 18, Γιγνοὶ δὲ τῷ τελέτῃα τεσσεράς αὐ-
τον, σωματεύγοντες Τίς βίβλος, κατέκυον εὐθύ-
τον πάνταν. καὶ σωματεύθησαν τὰς θυμάς αὐ-
τῶν, καὶ διέγειραν μυριάδας πάντα.

Quæ veteris interpres ita reddidit,

Multi autem ex eis qui fuerant curiosâ
sextati, contulerunt libros, & combusserût
coram omnibus. Et computatis pretiis il-
lorum, inuenerunt pecuniam, denariorû
quinquaginta millium.

Alii auté illa verba, *Iugiv̄o τρόπον τελέσα
ωραῖαντον*, exponunt, Multi ex iis qui cu-
riosas artes exercuerant. quam interpre-
tationem magis probo, quum dici possint
aliqui artes curiosas sextati qui ad studium
illarum animum appulerint, etiam si eas
non exercuerint: quod tamen ex partici-
pii *ωραῖαντον* significatione intelligendū
videtur. Quānam verò erant illæ curiosæ
artes? Nō dubiū est quin magicæ. De quo
tamen si forte dubites, eum usum Latinæ
vocis *Curiosus*, quem habet in isto loco
Horatii, considerandum tibi proponam,
sicut & aliis proposuit. Hunc, inquam,

*An que mouere cereas imagines,
(Vt ipse noſti curiosus) & polo
Deripere lunam vocibus possum meis,
Possum crematos excitare mortuos,
Desiderique temperare poculum,
Plorem artis in te nil habentis exitum?*

Quis enim mihi non assentiatur, dicenti
curiosum itidē h̄ic appellari eum qui ma-
gicarum artium studio déditus esset, aut

n.ii.

saltem illarum nō omnino rūdis esse vellet? Hoc tantum est discriminis, quid quā ibi *ἀείρητος* de re dici videamus, hīc Curiosus de homine qui illa *ἀείρητος* sectatur, aut scrutatur, dicat. Sic autem *ἀείρητος* ab Herodiano is appellatur qui cuiusdam etiam extraordinariæ (ut ita dicam) sciētiae studio tenetur. Legimus enim apud eum, libro quarto, de Antonino, *ἀείρητος γάρ οὐ πονούσις*, οὐ μόνον *τὸν αὐτοφόρον πάντα εἰδέναι οὐδὲ λέπειν, αλλαὶ τὸ γεῖτον παγῆ δαιμόνια πλουτεραγμέναν*. Et paulo pōlt dicit eūm, quum omnes sibi suspectos haberet, magos etiam & astronomos vndique accersuisse, vt eos cōsuleret. Sic autem & apud Platонem in Apologia, dicitur de Socrate, *ἀείρητος ζετεῖ, ζητῶν τὸ πεισθεῖν γένος τοῦ εἰπορείας*. Quod si illi qui *τὸ γεῖτον τοῦ δαιμονίου πλουτεραγμένους*, (ut loquitur Herodianus) dicebantur *ἀείρητοι*, iustius etiam qui ad artes magicas anīpnum appellabant, velut *κατ' εἰρηνὴν* appellari *ἀείρητοι* poterant: quod si illi *ἀείρητοι* meritò dicebantur, non immēritò certè eorum studia, vel potius quæ ab iis ex illarū artium præceptis siebant, à Luca *ἀείρητος* vocata fuerunt.

In eodem Actorum opere, cap. viii csi-

mosecundo, leguntur hæc,

V. 24. Εκέλθοντας τὸν ὄχιλίαρχον ἀγα-
δεῖς εἰς τὴν παρεμβολὴν· εἰπόντων μαστίχην αἰε-
ταῖς εὐαγγελίον, ἵνα θητήσῃ δι' ἣν αἴτιαν οὐ-
τος ἐπὶ Φώνου αὐτοῦ.

V. 25, οὐδὲ ἡ πρεσβύτερος αὐτὸν τοῖς ιμάσιν,
εἰπεν τῷ τοῦ εὐαγγελίου κατόπιν πρεσβυτέρον ὁ Παῦλος,
Εἰ αὐτὸς πρεσβύτερος καὶ αὐχαπάκειτον ἔχειν
ὑπὸν μαστίχειν;

Quæ vetus interpres ita vertit, Iussit tribu-
nus induci eum in castra, & flagellis cædi,
& torqueri eum: vt sciret propter quam
causam sic acclamarēt ei. Et quū adstrin-
xissent eum loris, dicit astanti sibi centu-
rioni Paulus, Si hominem Romanum &
indemnatum licet vobis flagellare?

At ego, vt de cæteris taceā quæ hīc ali-
ter interpretanda fuerunt, & veniam ad id
quod potissimum est, nullo modo pos-
sum illam verbi πρεσβύτερον interpreta-
tionem admittere: quam tamen & alios se-
qui video, vertunt enim itidem, Quum
autem adstrinxissent eum loris: vel Quum
adstrinxisset (sequēdo alteram lectionem
πρεσβύτερον) quasi πρεσβύτερον Græcis signifi-
cat Adstringere, & quasi illis ιμάσιν ad eū
vinciendum vel adstringendum vti vel-
lent, non autem ad eū cædendum. Quod
n.iii.

si etiā hoc daretur, at illud dari nullo modo posset, *περινένεν* significare Astringere. Spero igitur fore ut huic meæ expositioni assentiaris, Quum obiecisset eum loris. id est, Quum iam ei verbera intentarent. Sic autem accipiendum erit Obiicere, ut dicitur Obiicere gladio. atque ut Plautus dixit, *Priusquam te huic meæ machæ obijicio mastigia.* Quanuis enim res sint diuersæ, lo-
ra, quibus cæditur aliquis, & gladius quo percutitur, videmur tamen posse verbum istud hinc mutuari, quum aliud desit. Nisi forte dici queat, Admouere loris. Erit qui-
dem certè Obiicere aliquem loris, seu ver-
beribus, siue Admouere loris, cum prehē-
dere, & eam corporis partem quæ verbera
est exceptura, velut in manus tradere eo-
rum qui sunt verberaturi.

Epistolæ ad Titium capite secundo, le-
gimus, de vetulis,

V. 24. Ήγα σωφερνίζωτος νέας, φιλα-
δρος ἐβρ., φιλοτέκνος.

V. 25. Σώφερνας, ἀγνας, οικουεργις, αγα-
θας. παστομοιδύας τοις ιδίοις αιδράσων.

Vbi σωφερνίζωτι puto idem valere quod
σωφερνίζουσι διδάσκωσι, quum sequatur
infinitius. Ita autem exponendo, aptè di-
cetur, σωφερνίζουσι διδάσκωσιν ἐβρ. φιλα-

δρος, Φιλοτέκνος. id est, Ita castigent adolescentulas ut doceant esse maritorum pariter & liberorum amantes. Vel, Castigatione sua doceant, &c.

In versu autem 25, non puto interpungere dum inter αἰχνεύοις & αἰχνήσι: sed dici αἰχνεύοις αἰχνήσι ex forma qua Latinè dicetur Bonas matrefamilias. Sic apud Homerum αἰχνή cum κουρεγχέοφος videmus iūgi. Alioqui quorsum illud adiectiuum nomen, cuius tam latè patet significatio, illis quinque subiungeret?

Legimus epist. secundæ ad Corinthios capite quinto,

V. 2, Καὶ γὰρ ἐν Τύρῳ σεβάζομεν, τὸ αἰνητήριον ἡμῖν τὸ δὲ οὐρανὸν ἐπενδύσασθαι ὑπερπορθῶντες. Quæ vetus interpres ita vertit, Nā & in hoc ingemiscimus, &c. Eodemque modo & alii εν Τύρῳ interpretantur In hoc: at ego vertendū puto Interim: quū hæ voices εν Τύρῳ hāc significationē habeant & apud optimos quoisque scriptores frequētissimam, & huic loco longè aptissimam.

Idemque dico de iisdem vocabulis in hoc loco Act. cap. 24,

V. 15, Ελπίδα ἔχον εἰς τὸν Θεόν, λιγὸν ποτὲ οὐτοις προσδέχονται, αἰδοσαν μέλλειν ἐσθαι νεκροὺν, δικαιών τε καὶ αἵματα.

88 HENR. STEPHANI

V.16. EV. Τύτω γέ ἀνέστηκεν από τον Θεόν Εἰς αὐθεγαντούς
απειδίνοντας τὸν Θεόν. Εἰς αὐθεγαντούς.

Hic quoque omnes cū Τύτω interpretantur. In hoc:ego tamen significare itidem
puto Interim. Nō minus certe(ne dicam
magis) huic loco quām præcedenti ista si-
gnificatio conuenit.

HENR. STEPHANI
SCHEDIASM A T V M
V A R I O R V M.

id est, Observationum, Emē-
dationū, Expositionum,
Disquisitionum,

L I B E R T E R T I V S:
qui est
Succisuarū M A R T I I horarū pensum.

S C H E D I A S M A I,
*De sapientissima precatione, quam Socrates
apud Platonem ex poeta quodam affert,
cuius nomen tacet.*

M A R T I V M meum à precatione So-
cratica, mēaque eius interpretatio-
ne, auspicari libet: quod in ea nihil quic-
quam esse videatur hominis Christiani
vel aure vel ore indignum, præter pri-
main voculam ΖΩ. adeo ut si ΖΩ βασι-
λΕΙ mutet quis in ΠαμβασιλΕΙ, vel Παρη-
δεων, vel Πατηρεδεων, siue Κοσμορεδεων, vel
Τημεδεων, vel Παντημεδεων, nihil dictur sit

o.i.

z H E N R . S T E P H A N I

quod non ὅχην Χειστανοῦ, sicut Σω-
κρατινοῦ, deceat. Audiēda est igitur illa, ex
Alcibiade posteriore petita : qui dialogus
& τοῖς περούχοις est inscriptus,

ΖΩΒΑΣΙΛΕΩΣ, ΤΟΜΩΝ ΕΩΣ ΗΧΟΙΔΡΟΙΣ
ΚΑΙ ΑΙΓΑΙΝΟΙΣ
ΑΓΡΙΟΙ ΔΙΟΣΟΥ, ΤΟΥ ΔΙΕΘΑ ΚΑΙ ΗΧΟΙΔΡΟΙΣ Α-
ΠΑΛΕΖΟΙΣ.

Sed quomodo precationem hanc vocare
Socraticam possum, quum Socrates apud
Platonem ex quodam poeta eam se affer-
re dicat? Eam, credo, Socraticam vocare
mihi nihilominus licebit, quum eius mem-
oriā Platoni siue Socrati acceptam
ferre debeamus. eius enim memoria in-
tercidisset, nisi ibi mentio eius facta fuisset.
Nam legitur quidem & in Anthologiæ
epigrammatum libro primo, sed ex illo
Platonis sumpta loco. Atque ibi posterio-
ris versus posterius hemistichium ita scri-
ptum est, - ΤΟΥ ΛΥΓΕΙ ΡΟΙ ΗΧΟΙΔΡΩΝ ΑΠΕΡΙ-
ΖΟΙΣ, eodem sensu. Neque verò apud Pla-
tonem ita scriptum est ultimum verbum
posterioris versus, verum id ex eo qui ex-
stat in illo Anthologiæ loco, ad formulam
precationis accommodare mihi permisi.
Ibi enim scriptum est (ne, si hoc dissimu-
lem, videar non satis bona fide in citando

S C H E D. V A R. L I B. III. 3

loco illo usus esse) - Τοῦτο δινάριον χρυσόν
ἀπαλέξειν πελέσαι. Eodē nq; modo à priori
re verū particulam Φησί, quæ extrinse-
cus interiiciebatur, reieci. ita enim ibi,

Ζεῦς Βασιλεύς, Ζεῦ μάρτυρες λαού, Φησί, Εἰς χρυσόν
χρυσόν Εἰς αἰδηνότητας &c.

Sed veniēdum est ad horum versuum
interpretationem, si priùs tamen ea quæ
Socrates his præfatur, attulero.

Κινδυνεύειν γάρ, (ita enim legere malo
quām Κινδυνεῖσι) ὁ Αλκιβιάδης, Φρεγίμεσ
λις εἴτε σκέπαστος ὁ ποιητής, ὃς σοκέμοι φίλοις
αὐτοῖς θυσίαν χρησθείσις, τρέψεις καὶ προστά-
τορες γὰρ χρυσόν ἀπειράτης οὐ βέλτιον οὖθις,
σκέπαστος γάρ εἰσόκει, καὶ τὴν τρέψην αὐτῶν χρ-
υσόν ποιησάσθ. Id est, Videri posset, Alcibiades,
prudens fuisse poeta ille, quē ego exi-
stimo, quum stultos quosdam amicos ha-
beret, eosque & facere & precari illa vide-
ret quæ suis rebus non conducherent, ut
tamen illi putabant, hanc communem
omnibus futuram prectionem compon-
suisse.

Versuum autem interpretationes pri-
mū quidem quæ sunt aliorum, deinde
meas proferam. quoniā & digni sunt tam
pulchri versus plurium interpretum ope-
ra, & lectorem delectabit diuersarum in-
o.ii.

4 H E N R . S T E P H A N I
terpretationum inter se collatio : præser-
tim quum talia in illis sint vocabula ut nō
facile duo Græci duobus Latinis reddi
queant: ita quidem ut nihil omittatur.
Ex Moro affertur hæc, tribus versibus cō-
prehensa,

*Da bona, siue rogere De⁹, seu nulla rogere,
Et procul à nobis mala quæque petētibus
aufer:*

Etmala siue petare nega, seu nulla petare.
Franciscus Bellicarius ita,

*Da bona poscenti Saturnie: triste precanti
Nec damnum dederis: dandi hic fac opti-
me finem.*

Interpres nouus Platonis ita,

*Optima da nobis, vel si, pater, illa rogem⁹,
Vel non: at dāmū caco si errore precemur,
Tu damnum à nobis praesens auertito.*

Ego autem triplici interpretationis gene-
re versus illos dignatus sum : quarum pri-
ma totidem versibus ac penè totidem ver-
bis Græca illa exprimit : secunda paulo li-
berior est: tertia, liberrima.

*Pri⁹ma igitur hæc est,
Quæ bona sunt mihi da rex Iuppiter, il-
la precanti,
Haudque precanti etiam: mala si precer,
attamen arce.*

SCHED. VAR. LIB. III. 5

Secunda hosce tres versus habet,

*Quæ bona sunt, nobis largire ô Iuppiter,
ô rex,*

*Seu non sint precibus nostris, sint sine pe-
titia:*

*At mala longè arce, quantūlibet illa pre-
cemur.*

In tertia hanc ὁδὸν Φεγορεως libertatē mi-
hi permisi, cōsultō Louis noīnc omittens,

*O qui rex regum es, magni dominator o-
lympi,*

*A Eterno à cuius bona seu mala numine
pendent,*

*Quæ bona sunt facilis nobis largire pre-
césque*

*Ne tu expectato nostras: verū illa pre-
cari*

*Seu venit in mentem seu non, da posse
potiri.*

*Quod si etiam mala nos leua te mente ro-
gēmus,*

*Stultiā miserare tamen pater optime
nostram:*

*Nostrāque te quanvis temeraria vota fa-
tigent,*

*Parce his indulgere: & quæ exoptamus
adesse,*

Fac procul à nobis cōtrà cernamus abesse.

o. iii.

6 HENR. STEPHANI

Huic autem similes precatio[n]es valde placuisse Iuuenali, dissimiles valde displicuisse, ex proximo Schediasmate intelliges.

S C H E D I A S M A I I,

De precandi regula à duobus Socratis discipulis, Platone & Xenophonte, tradita: quam & Iuuenalis proponit.

PR E C A N D I D O S regulā eādem duo eiusdem philosophi discipuli tradidērunt, Plato & Xenophon: & ad illum quidem quod attinet, satis ostendunt ii quos tantopere laudat versus quam tenendam regulam pūtauerit, quæ alioqui ex multis eius peti locis potest: plenissimè verò tractatur in Alcibiade posteriore. Ex Xenophonite autem Apomin.lib.1, discimus Socratem non aliud à diis precari solitum quam vt darent quæ bona essent: quod illi optimè scirēt quænam res essent bona. At verò eos qui precibus suis aurum vel argentum vel tyrannidem vel huiusmodi quidpiam à diis peterent, perinde facere putabat, ac si preccarētur vt sibi liceret alea ludere, vel præliari: vel quid aliud peterent eorum quæ incertum exitum habere constat.

S C H E D. V A R. L I B. III. 7

Ad quæ meritò cuiquam videatur respe-
xisse Iuuenalis, in his Satyræ decimæ ver-
sibus,

*Nil ergo optabunt homines: si cōfiliū vis,
Permitte ipſis expēdere numinib⁹, quid
Cōueniat nobis, rebūisque fit utile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæque da-
bunt dī.*

Charior est illis homo quām sibi.

Nam pro iucundis (inquit) dii aptissima
quæque dabunt. Id est, Si tu illorum arbit-
trio permittas res tuas, si tu omnē de tuis
rebus curam illis relinquas, & quasi in il-
lorum sinum deponas, dabunt ea quæ si
tibi non futura sunt iucunda primo aspe-
ctu, at certè futura sunt aptissima. Tota au-
tem Satyra stultas hominū preces & stul-
ta vota infectatur: multisque ex ea petitis
exemplis probari potest quām sapienter
scripta sit illa poetæ veteris precatio, quæ
in præcedente Schediasmate fuit com-
memorata.

o.iii.

S C H E D I A S M A III,

*De Platonis locis, qui testatur eius pietatem,
quatenus quidem hæc in hominem ethni
cum cadere poterat.*

ID PIETATIS siue *δοξεως* genus
quod in ethnicos cadere poterat, in Pla-
tonis, si in alio quoquam ex veteribus, phi-
losophis, perspicitur: qua eum à Socrate
primum imbutum fuisse constat, à quo
cùm alia *δοξεως* dicta, tum verò istud
commemorat, *πειρους δὲ τῷ θεῷ μᾶλλον ἢ ὄχη*. Liber autem in quo id commemo-
rat, est *Apologia*; quod certè quū legitur,
venit statim in mentem illud Petri aposto-
li, *πιθαγέχειν δὲι θεῷ μᾶλλον ἢ αὐθεόποιος*. At-
que ut taceam quæ de rite precando nu-
mine ab illo tradi in præcedentibus Sche-
diasmatis dictū est, videmus quām sit pas-
sim de illo inuocādo sollicitus, in *Timæo*,
pag. 27, & 48. Quinetiam libro *De legibus*
primo hospes Atheniensis (quem non aliū
quām Platonem ipsum esse quidam pu-
tant) leges scripturus & rempubl. constitu-
turus, Deum (inquit) ad ciuitatis constituta-
tionem inuocemus: ille verò nos audire
velit, & exauditus [vel, exoratus] propitius

SCHED. VAR. LIB. III ,

nobis ac benevolus adueniat , nobiscum
ciuitatem ac leges ordinaturus [vel, con-
stituturus] Eius verba sunt,pag. 712, θεον
δὴ πέρις τῶν τῆς πόλεως κατασκευασθεῖσαν ἀπομε-
λάνειαν· ὁ δὲ αἰκιζόντες περιέχειν την πόλεων
σύμβολον τοιοῦτον εἴλοτον συδικοπομήσων την πόλιν την
πόλιν την νόμον. Id est, Δικαιοσμήσων την
πόλιν. Et autem Δικαιοσμένην non Exornare
(sicut & Fic. hic vertit Exornatus) sed
Ordinare, Constituere, κατασκευάζειν. Sed
quum iam dixisset κατασκευασθεῖσαν , maluit των
δικαιοσμήσων quām συγκατασκευάσων di-
cere. Cicero dicit etiam Collocare aliquē
statum reipubl. Cæterūm Platonis exem-
pli Cicero suæ lègum scriptioni hæc præ-
fatur, m. Ab Ioue Musarum primordia ,
sicut in Arateo carmine orsi sumus. Q.
Quorsum istuc est m. Quia nunc itidem ab
eodem & à cæteris diis immortalibus sunt
nobis agendi capiéda primordia. Verum
omnis etiam cogitationis, non solum ser-
monis, principium à diis sumendum esse
scribit Plato epistola octaua , Διπλός Θεός
ἡση πάντα δέχεταινον αὐτοὺς λέγειν τε καὶ νοεῖν.

Cum alii autem multi loci id quod di-
xit testantur, in quibus Deum solum posse
ἀρετὴν vocari tradit, in quibus admirabi-
lem eius in prouidendo hominibus boni-

10 HENR. STEPHANI

tatem & sapientiam considerandam proponit: tu vero si in quibus eos qui nullum numen agnoscerent (qui athei & ab ipso appellatur) tanquam monstra execratur; sicut & in sequente Schediasmate docebo.

SCHEDIASMA III.

*Quantopere atheos abominatus sit Plato.
De quodam usu vocabuli θεος illi (ut opinor) peculiari, quod ἀθεός opponere videatur. Loci cuiusdam illius emendatio.*

IN eo etiam quod atheos, tanquam monstrum quædam, abominatur Plato, (cum alibi, tum 2. Tomi pagina 887, & deinceps) pietatis eius testimonium habemus: pietatis, inquam, eiusmodi qualis ethnico infeste potuit. Neque vero leglatorem cum illis agere vult verbis tantum & verberibus, sed tandem etiam è medio illos tollere.

Est autem observatione dignissimum apud illum, θεον ei opponi qui ἀθεός appellatur. Quod tamen ab interpretibus animaduersum non fuisse video: ego autem quū in duos iam locos incidissem, ex quibus hunc quoque nominis istius usum apud Platonem esse coniiciebam, tandem

S C H E D . V A R . L I B . III .

tertius quidam certam eius rei fidem fecit. Legerā enim iam, Tomi secundi pag. 945, ὅμως ἡ περιστέραν Λίθιντάς τηνας αἰδεῖσκεν θεῖος: legeram item pag. 966, τὸ μηδέποτε τῷ νομῳ Φυλάκιον αἱρέαδη τὸ μὴ θεῖον καὶ Διαπεπονηκότα περὶ αὐτῷ: sed postea in hunc etiam locum incidi, pag. 176, tomī primi, οὐδὲν μάταιον, ὡς φίλε, εἴ τοι ὁντινῶτον, τῷ μὴ θεῖον, & c. vbi apertè θεῖος opponitur αἱρέω. Quod autem ad duos præcedētes locos attinet, in priore quidem dubitari possit an θεῖος ita oporteat accipere: an verò θεῖος ad præstantiam tantum referre (sicut & quum dicit νομοθετὸν θεῖον τινὰ, initio dialogi quarti De legibus cō referri videtur) at in posteriore nullam de illa significatione dubitationem relinqui dico, partim ex iis quæ præcedunt, partim ex iis quæ sequuntur.

Cæterūm potest ibi lectori negotium fācessere pronomen αὐτῷ post θεῖον. dicit enim, τὸ μὴ θεῖον καὶ Διαπεπονηκότα περὶ αὐτῷ. quò autem referri vel potius quid referre pronomen αὐτῷ dicēdum est? Sed ego subiungi αὐτῷ existimo, perinde ac si non τὸ θεῖον præcessisset, verū τὸ τὸ θεῖα γνώσκοντε, vel τὸ τὸ θεῖον: sive τὸ ἐμπρ-

12 HENR. STEPHANI

εγν̄ τῷ θεῖῳ: quod illud adiectuum verbi hisce aut aliis huiusmodi sit λοδύναμον.
Cæterum vulgus falso existimasse cognitionem astronomiæ homines efficere atheos, potiusque contrarium ab ea effici, docet in fine libri De legibus duodecimi.

Libet autem lectorem monere & de mendo quod iis quæ proximè sequuntur subesse puto, *μηδὲν αὐτῷ τῷ θεῷ δέρτω εἴηστο γίγνεσθαι.* Scribendum enim existimo *ἔνεκτον:* ut dicantur *εἴηστοι τῷ θεῷ δέρτω* qui adeo virtute præstant, ut eos hæc præstantia ex aliorum numero eximat. Sic autem *τῷ θεῷ δέρτω* cum participio *τὸποῦ* *Εαλλοῦ* iungit pag. 945.

SCHEEDIA S M A. V,

Quid aspectabilium deorum appellatione intelligere oporteat apud Platonem. De cuiusdam loci eius emendatione.

VA N V I S Plato libro De legibus decimo reprehendat quosdam quod naturæ vi & potentia adscribant ea quorum laudem potentia Dci meretur, quan uis etiam corpora cœlestia motū ab hac ipsa accipere tradat, in Epinomide, ea tamen non solum animantium sed etiam deorum in numero ponit. Neque dubi-

SCHED. VAR. LIB. III. 3

tandum est quin libro De legibus vndeциmo, pag. 930, ubi dicit ex diis alios esse hominibus omnino cōspicuos, & ab illis eos cernentibus coli, aliorum autem imaginibus honorem deferri, deos qui cernuntur appellat ipsa astra. Scribit enim in Epinomide, pag. 981, νομίσας ἐδή πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν τῶν τὰ ἔθη ζώα ψύχη ὁ θεὸς πάντας ξεῖν φαίνεις θεῖος γένος ἀσπρων γεγονέναι, σάματος μὲν τυχόν καλλίσου, φυγῆς δὲ δάμονεσσίν τε καὶ δέξισι. Pag. autem 984, vocat deos qui cernuntur, & qui acutissimè cernunt, θεοὺς τοὺς δέρχοντας καὶ δέξυπτον δρῶντας: addens etiam μετίσους καὶ πριωτάτους, ac non multò post θεοὺς φανεροὺς appellat. (cui loco subesse mendum puto, & pro his αἰνογράσοις τε ὄντας ἐπέργεις θεοὺς, scribendū esse, αἰνογράσοις τε ὄντας, ἀςπερ τοὺς ἐπέργεις θεούς.) Quinetiam pag. 821, Solem & Lunam magnos deos appellat. Cæterū de motu & agitatione astrorum in Epinomide qui dem illud quod dixi tradit: in Politico autē agitationem mutido partim à deo; partim αὐτοματοι tribuit.

SCHED.

SCHEDEIASMA VI,

*De arcana quadam diuinitatis cognitione,
 & arcana de eadem doctrina, quam Pla-
 toni quidam ex Grecis theologis adscri-
 pserunt. & de quibusdam eius locis ex qui-
 bus tum alia de eo tum id probare conan-
 tur. De loci cuiusdam ex epist. ad Dio-
 nyf. expositione.*

PLATONI quidam ex theologis Græ-
 cis nescioquam diuinitatis arcanā co-
 gnitionem atque adeo arcanā de eadem
 doctrinam adscribunt. Sicut enim quæ-
 dam in præcedentibus Schediasmatis ex
 eo attuli pietaṭem eius testantia, ita cùm a-
 lia quædā tum verò quæ in proximè præ-
 cedente leguntur, impietatis eum damna-
 re dici possunt. Nam si doctrinam illam
 occultare metus illum cogebat, at non &
 diuinitatem illis quoque tribuere cogeba-
 tur quibus minimè ab aliis philosophis
 (aut saltem non ab omnibus) tribueba-
 tur: vt taceam de aliis quæ illi & peculiaria
 sunt & ab illa quam dicunt cognitione
 valde aliena. Primus autem (vt opinor)
 Iustinus Martyr ἐν τῷ παραγγελικῷ τοῦ Εὐ-
 ληγαστῷ λόγῳ, cùm alia huic pertinētia de eo

scripsit, tum verò eum probasse quidem Mosis & aliorum prophetarū de vno solōque Deo doctrinam, quam in AEgypto intellexerat: sed propter illa quæ Socrati acciderant, quum timeret ne aduersum se quoque Anytū quēpiam aut Melitum cōcitataret, metu cicutæ implicito quodā & leđo sermone, de diuinitate loquētē, usum esse. Adeo quidē ut in Timæo eū quē vocat Δημιουρὸν sibi repugnantia loquētē induisse dicat, quod formidaret eos qui plures deos agnoscebant. Atque ubi ab hoc philosopho scribitur, Οὐδὲν δὲ τὸ θεὸν, ὡς περὶ Εἰπαλαιὸς λόγος, δέχεται οὐ πλάστητον καὶ μέσον τῷ πάντων εἶχεν, dicit hīc aperte à Platone παλαιοῦ λόγου appellatione legem Mosis significari. Quinetiam in hoc eiusdem loco, Ταῦτα τὸν αὐτὸν δέχεται οὐ θεὸς οὐδὲν, καὶ αὐτὸν δὲ αὐτοῖς φένει φίλος γά. illos autem eū intelligere Mosem & cæteros prophetas: ex quoruim libris futurum iudicium Dei didicisse: & de illo esse intelligendum quandam libri De republ. primi locum.

A Iustino (apud quem alia quamplurima luculentia legenda relinquo) ad Clementem Alexandrinū venio: qui Platonem equum νεούσιον appellasse dicit τὸν οὐκ επιφύλαξ, quod locum illum legisset;

Ιεροποιητικούς θεοφάνειας εγένετο μόνιμοι.

Eusebius quoq; & Theodoritus occultā quādā vnius Dei agnitionem quibusdam Platonis locis subcesse existimarunt. Ex iis locis vnu est hic, in ea epistola ad Dionysium, quæ ultimum inter epistolæ locum tenet, ἀπει λέγει Τὸν ξυμβόλου τὸν αὐτὸν ὁ πι-
στολας, δοὺς τε αὐτὸν ὑπηρέτηλων απόδημον δοὺς
αὐτὸν μήδομεν μὴν σε μεμνῆσθαι· ὅμως δι' ἐνότε,
Ἐπίνυντοσεχε τὸν νοεῖν. πολλοὶ γὰρ οἱ πελούν-
τες γένεται, οὓς οὐ πάδιον Φανερώς διατείνει.
Τοι μὴν γὰρ απόδημος ὁ πιστολητής θεός ἀρχή, θεο-
τερὸς δὲ οὐ. Vel potius, τῆς μὴν οὐδὲ απόδημος
&c. vt apud Eusebiū legitur, libro vndeci-
mo Præpar. euangelicæ. pag. 312, editio-
nis patris mei. Quod autem (inquit,) at-
tinet ad notam quam scribis epistolis & eius
quam non scribis appono, quanuis te putē
utriusque meminisse, tamen attende, atq;
animū aduerte: quoniā multi petunt à me
ut scribā, quos haud facile est apertè repel-
lere. Seriæ igitur epistolæ initiū est δεκατέσσερα,
at verò διατέσσερα, eius quæ minus seria est. vt cū
τοι διατέσσερα, subaudiatur απόδημος. Alioqui τοι διατέσσερα
vidēdū esset an significare posset, Eius quæ
minoris est momenti: vel (vt quidā est in-
terpretatus) Leuioris epistolæ. Ego verò
non puto Platonem ad hoc significandū
ita

S C H E D . V A R . L I B . I I I . 17

ita loquuturum fuisse. In principio autem hui⁹ loci ideo $\omega\epsilon\tau\acute{u}\xi\mu\acute{\epsilon}\delta\lambda$ s verti Quod attinget ad notam, quoniam $\mu\acute{e}μ\mu\acute{\epsilon}\mu\acute{\epsilon}\mu\acute{\epsilon}$ $\tau\acute{u}\tau\acute{u}$, non $\mu\acute{e}μ\mu\acute{\epsilon}\mu\acute{\epsilon}\mu\acute{\epsilon}$ $\omega\epsilon\tau\acute{u}\tau\acute{u}$, dicunt Græci, quū $\mu\acute{e}μ\mu\acute{\epsilon}\mu\acute{\epsilon}\mu\acute{\epsilon}$ significat Memini, quod est Recordor: at quum pro Memini ponitur significante Mentionem feci, vel facio, tunc præpositionem genitiuo interdū præfigunt. Cæterū ex hoc loco Eusebius manifestum esse putat Platonem deū vnicum agnoscere, quanuis Græcorum consuetudinem sequens deos multitudinis numero paſſim dicat. Theodoritus autem, postquam eundem illum attulit locum, Quo autem pacto (inquit) melius quis possit mentis suæ consilium explicare? Planè siquidem nobis ostendit quid in ea nominum differentia ipse intelligi vellet. quasi manifestè diceret, Ut populari sententiæ me accommodem, deum quādōq; numero multitudinis appello, dum videlicet ad falsas meorum ciuium opinioneſ respicio: at quotiescumque serio atque ingenuè scribo, neque de illius fide dubito qui literas perferat, ciūſve qui illas accipiat, Deum singulariter dico: à quo & initium scribendi facio. Deinde postquam dixit eundem ita esse de Deo sapiē-

p. i.

18 HENR. STEPHANI

tissimum loquutum, τὸν γὰρ πατέρα καὶ ποιητῶν
Τοῦτον πάντος ὅρπεν τοῦ ξένου, εἰς δὲ γέντας εἰς
πάντας εἰχεῖται αὐτὸν. (quæ Cicero ver-
tit, Atque illum quidem quasi parentem
huius vniuersitatis inuenire difficile, &
quum iam inuenieris, indicare in vulgus
nefas) addit, Neq; enim, sicut cætera quæ
discimus, ita & hoc potest dicēdo exprimi.
Cæterūm qui hoc loco piè ac prudenter
de Deo loquutus est, alibi tamen, vel quod
sibi à populo pertinuerit, vel quod tunc
veritatem penitus ignorari, multorum
deorum mentione m fecit, magnamque
ita perniciem illis attulit qui in eius moni-
menta incurrūt. Hactenus Theodoritus,
vt quidem Zenobius Acciaolus cum in-
terpretatus est: quum opus illud ἦλι μῆ
τέλλεται παρημέτων ἔργων Διονύσιος Γρα-
ce editum non sit.

SCHEDIASMA VII,
*De alio Platonis loco, cui arcanum subesse
existimatur quod ab Hebreis hauserit.*

A LIVS est ciusdem philosophi locus
cui arcanum quoddam subesse ex-
istimant duo illi, Eusebius & Theodoritus.
Id extat in fine epistolæ ad Hermiam, Era-

S C H E D. VAR. LIB. III. 19

stum, & Coriscum, καὶ τὸν ἡμέραν πάντων θεούν,
ἵημόντα τῷ τε ὄντων καὶ τῷ μελλόντων, τοῦ τε
ἵημόντος καὶ αὐτοὺς πατέρας καὶ εργάτους ἐπομέν-
τος. Nōnne (inquit Eusebius) tibi vide-
tur Plato, quum hæc scriberet, Hebræo-
rum dogmata sequutus esse? Præsertim
autem illam κυρίου appellationem argu-
mento vult esse, eum ab Hebræis ista hau-
fisse. Theodoritus verò, legens θεῶν, non
θεών, sicut cætera laudat, ita hoc reprehendi-
dit: sed eum in mendosum exemplar in-
cidisse puto, ac Platonem scripsisse, non,
τὸν ἡμέραν πάντων θεῶν ἴημόντα τῷ τε ὄντων καὶ
τῷ μελλόντων, id est, ducē omnium deo-
rum & qui sunt & qui futuri sunt, sed τῷ
ἡμέραν πάντων θεῶν, &c. Nam Fic. quoque hác
lectionem in suo exemplari siue in suis
exemplaribus habuit. vertit enim, Testā-
do deum rerum omnium ducem præsen-
tium & futurarum, ac ducis & causæ pa-
trem dominum. Agnoscit verò & Euse-
bius θεῶν, non θεά.

Præsertim verò locus ille epistolæ ad
Dionysium, quæ secunda est inter episto-
las, in quo Plato dicit, se ænigmaticè lo-
qui velle, magnum arcanum continet,
τοῖς δὲ φριάδος, si Eusebio cœdimus: sed ve-
reor ne illi vel de hoc vel de præcedente

p.ii.

20 HENR. STEPHANI
loco credere sit tantū mysteriū profanare.

S C H E D I A S M A VIII,
*De Theodorito, qui Plutarchū & Plotinum
sacra euangelia audiuisse putat.*
*De primis verbis Euangeliū Ioannis, quæ
quidam è recētioribus philosophis Amelius
dicitur agnouisse.*

NE QV E verò minus videri potest mirum (ne dicam incredibile) quod Theodoritus scribit de recentioribus philosophis, Plutarcho & Plotino, quām quod de Platone modò commemoratum fuit. illos enim tradit audiuisse quid essent sacra cuangelia. Quibus subiungit, Id quod Amelius ille qui Porphyrii scholis præfuit, manifestè ostendit. admiratur enim vehemēter procēmum illud à quo Ioannes cuangelista theologiæ mysteria orsus est. sic enim inquit, καὶ οὗτος ἀρχὴ λόγου πρῶτην αἰεὶ ὄντα τὸ γινόμενα ἐγίνετο, ὡς αὐτοῦ ὁ Ήράκλειος αἴσιωσε. καὶ τὴν Δίδινθον βαρβαροῖς αἴσιοις τῇ τῆς δερχῆς φύσει τε καὶ απαξίᾳ παρατητέος τεος θεὸν εἶναι, καὶ θεὸν εἶναι δι' οὐ πάντας αἰσιῶς γεγράφασμα. τὸν δὲ τὸ γράμμαν ζαῦν, καὶ ζωὴν, καὶ τὸν περιψήναν, καὶ εἰς τὸ σώματα πίπειν, Εἰσῆργα τὸν συστήματον, Φανταζεῖσθαι αὐτῷ εργαπον, μετὰ καὶ τοῦ πηκτοῦ τα δεκανύειν τῆς Φύσεως τὸ μεγαλεῖον. αἰσιῶς καὶ

ἀναλυθέντε πάλιν ἀπογεῖσθαι, καὶ θεὸν ἔτι, οἷς λίγος τοῦ εἰς τὰ σῶμα καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν ἄνθεψον καταχθεῖται. Sumpsi autem ex Eusebio hunc locum, quū apud Theodoritum eius tantum sit interpretatio Latina Acciaoli : qui quoniam nonnulla se-
cūs legisse videtur, & quidem melius, eam
subiungam : Et hoc ergo erat verbum se-
cundum quod semper fuerunt quæ facta
sunt, sicut Heraclitus ipse censeret. ita e-
tiam profectò barbarus homo censet in
principii loco ac dignitate verbum apud
Deum constitutum, Deūmque esse per
quem absolutè omnia facta sunt. Quod
itaque factum est, in eo inquit & viuens &
vitā & ens fuisse, in corpus autē illapsum,
carnēmque indutum, apparuisse hominē:
in quo tamē & naturæ lūx magnificentiā
tunc ostenderit. Quūmque morte obita
solueretur, rursus ad diuinitatem rediisse
affirmat, Deūmque esse, qualis videlicet
priùs fuerat quām in carnēm corpus ho-
minēmque descendere. Ea autem quæ
Theodoritus loco à se allato subiungit, ita
interpretatur, Vsqueadeo igitur barbari
hominis theologiam suspexit homo Pla-
tonis aliorūmque philosophorū eloqué-
tiæ innutritus, vt verbum confessus fuerit

p.iii.

esse in principio, ac deum esse, omnia de-
nique effecisse, omnib[us]que vitæ causam
dispensatoremque esse. Publicæ verò salu-
tis causa, maiestate[m] quidem diuinitatis
carne occulisse: at ne sic quidē in crassa
illa corporis nebula detexisse ingenuam
nobilitatem. Quibusdam verò interiectis
ita claudit hunc locum, Quod si aduersa-
rii veritatis usque adeo veritatē admir-
antur ut exiguis inde corrogatis particu-
lis libros suos cultiores efficiant, neq[ue]; par-
ua illa ramenta, quamquam multæ falsita-
ti admixta sint, splendorem suum decūsq[ue];
amittunt, sed vniōnes in fimo ac stercore
valde effulgent, ac sicut in Euāgelio edo-
cemur, Lux in tenebris lucet, neq[ue]; à tene-
bris occultatur, facile hiāc licet cognosce-
re quantopere adamādæ quāmque ad-
mirādæ sint omnibus sacræ literæ, quoni-
omnis sint erroris ac falsitatis expertes,
multum siquidem interest vtrum vnio
statuatur in coeno, an positus in corona
resplendeat.

S C H E D I A S M A I X .

De quodam loco illius Isocratis cuius est Parænesis ad Demonicum: in quo philosophicum quoddam dogma, ex Platone sumptum, usurpat.

ISOCRATEM illum cuius est Parænesis ad Demonicum, quoddam philosophicum dogma ex Platone sumptum, in ea usurpassè comperti, scrutato etiā præcipuo quo Plato vñus esset verbo. Legimus enim in principio secundi Platonis De republ.libri, Λέγε γάρ μοι δέρχονται σοκεῖς τούτοις πίστις ἀγαθὸν, ὃ δεξαίμεθ' αὐτὸν εἰχειν, οὐ τὴν δότον εὐγνότων ἐφίεμενοι, αλλ' αὐτὸν αὐτοῦ ἔνεκα αἴσταζόμενοι; Et affertur exemplum, οἷον τὸ χαίρειν, καὶ αἱ ηδοναὶ ὅσμη αἰσλαβεῖσ, καὶ μηδὲν εἰς τὸν ἐπιτιτρα χεόντων Διὸς τὰς γῆγνης αἴλλοις χαίρειν ἔχοντες. Et respondetur, Εἶμοι γέ σοκεῖς πίστις τούτοις. Quinetiam circa mediū eiusdem libri, ἐπειδὴ οὐδὲ ὠμολόγουσι τὴν μεγίστων ἀγαθῶν πίστιν δικαιοσύνην, ἀ τὴν παποβαρόντων ἀπ' αὐτὴν ἔνεκα ἀξιανευτῆδας, πολὺ ἔμαλλον αὐτὰς αὐτῶν. Ille autem Isocrates in eo quem nominaui libro postquam dixit, In omnibus autem quæ facimus, non ita principiū recordamur, ut

p. iiiii.

sensu finis afficimur: subiungit quod Plato dicit, *Θαλάσση τῷ οὐρανῷ βίον οὐ διατὰ τὰ μεράγματα ποιεῖθεν, αἰδανός τοις θαυμάσιοις ἔνεγκε Διαπονητούμενον*. Plerique inquit in vita agimus non propter res ipsas, sed propter illa quae ex iis consequuntur. Id est, In plerisque earum rerum quas facimus, non tam earum rationem habemus quam eorum quae inde sunt consequitur. siue, Non tam eas spectamus quam ea quae inde consequi solent. Apud vtrunque enim *Θαυμάσιον* non puto aptiore verbo reddi posse. Quanuis autem non eadē orationis forma tradatur hoc à Platone, ex illa tamen quae apud eum est interrogatione & responsione idem colligitur: quū ibi respondeatur, bonū aliquod esse eiusmodi ut ex illa velut regula excipi debeat, quadicitur *οὐ Θαλάσση τῷ θαυμάσιον*. Ac quemadmodū in exemplū eorum quae ex hac regula excipiuntur (id est, quae propter se persequimur, non propter illa quae inde consequuntur) afferuntur voluptates innocuae: sic etiam ille Isocrates de iisdem loquens, ad illud velut *ἀξίωμα* deuenit, quod illi eius loco cum Platonico est commune. Ceterum apud Platонem paulo post dicitur,

S C H E D . V A R . L I B . I I I . 25

τῆς ἀπ' αὐτεῖς γνωρίσθων eadem significatio-
tione quā τῆς ἀπ' αὐτοῦ διπλαγόντων. quū
alioqui infrā hoc non illud participium
repetatur, in eo quem circa medium dia-
logum esse dixi loco.

Sed obseruandum est, accuratius hanc
rem in illo Platonis loco examinari: & cō-
cedi quidem esse quæ homines ament &
consecentur non propter se, sed propter
τὴν διπλαγήν: verū ita vt & secundum
quoddā constituatur genus ἀγαθῶν, quod
non solū propter τὴν διπλαγήν, sed i-
psum propter se consecati soleat: (& qui-
dem nonnullorum genus tale, vt magis
etiam propter se) quinetiam tertium con-
stituatur, eorum quæ propter se tantum-
modo.

S C H E D I A S M A X,

*Quanvis valde fecundum fuerit Nasonis
ingenium, ipsum quoque tamen quedam
habere quæ quum nativa videri possint,
sunt tamē aduētitia & externa. Felici-
tatis ingenij eius in varianda alijs atque
aliis verbis eadem re, exempla.*

N A S O N I s ingenium , magis
quām cuiusquam eorum qui ad no-

stram ætatem peruerterū poetarum suis
fœcundum puto: ideoque non mirum
est si quædam ab eo excellenter dicta, na-
tiua tamen & *ωρόφυη* esse existimantur.
Verum & ex his quæ nativa videri possint,
nonnulla esse aduentitia constat. Exem-
pli esse vel hoc dictum potest,

- laudatique virtus - Crescit.

Quis enim dictum hoc non existimet na-
tiuum & *ωρόφυες* esse? est tamen aduen-
titium & *ἔωντες*: quin iampridem Græ-
cus quidam scriptor dixisset *ἀρετὴν ἐπαγ-
νεοῦσαν αἰξέδειν*, id est, Virtutē dum lau-
datur, crescere. siue augeri, aut incremen-
tum capere. Sed apud Clementē Alexan-
drinum duo adiiciuntur verba, quæ hanc
sententiam valde exornant, quoniam in
illis est comparatio cum arbore. Nā Pa-
dagogi libro primo, postquam dixit, *οἵ
ωτῆς περιέχοντες τῇ πίστι, οἷον ωρόφυες
ἢ περιπλεύοντες, ωρόφυη τοῖς ἐπαγγέλμασι*, id con-
firimat illius sententia testimoniō, *ἀρετὴν
ἡδὲ περιεργήσαν δέρδπον ὡς αἰξέδειν*. Fortassis
autem deest datiuus *ὑδεῖν*, aut alijs quis-
piam: ut dictum sit virtutem ita laude,
quemadmodum arborem aqua, cresce-
re, siue augeri. At Naso illam quidem cō-
parationē omittit, sed iis quæ ante & post

S C H E D. V A R. L I B. III. 27

peregrinam hanc & exoticam mercem
collocat, eam magis visendam reddit. Ita
enim ille, De ponto libri quarti elegia
secunda,

*Excitat auditor studium: laudat ag, virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.*

Atque ut h̄ic dicit gloriam immēsum
calcar habere, sic alibi eodem metapho-
rā genere vtens dicit famam ingenio sti-
mulus subdere,

*Denique nulla mihi captatur gloria. quæque
Ingenio stimulus subdere fama solet.*

Ita enim ibi scribendum est, Ingenio, aut
certè Ingeniis: non Ingenii, ut habent
quædam editiones.

Alibi autem Gloria dicitur ab eodem
acuere, eodcm sensu, ciusdem libri elegia
sexta,

*Gloria vos acuat, vos, ut recitata probentur
Carmina, Pieris inuigilate choris.*

Alibi dicit gloriam dare vires animo,
& laudis amorem facunda pectora face-
re: Trist. lib. quinti elegia duodecima,

*Denique non paruas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor.*

Quinetiam alio genere loquendi alibi
vritur, quum dicit ex ipsis populi plausi-
bus & lœto fauore quodus ingenium po-

✓

28 H E N R . S T E P H A N I
tuuisse in calefcere : in quodam ex libris De
ponto, si bene memini,

*Plausibus ex ipsis populi, letoque fauore,
Ingenium quoduis incalusse potest.*

Contrà verò musam suam in plausis am-
bitiosam non esse, alibi scribit. Libuit au-
tem hos eodem pertinentes locos profer-
re, vt ostenderem quām fœcundum & fe-
lix in vna eadē nque re aliis atque aliis ver-
bis varianda esset poetæ huius ingenium:
quod tamen quum antea fœcundum esse
dixi, non de hoc magis quām de quo quis
alio fœcunditatis genere intellexi.

S C H E D I A S M A X I ,

*Quod Ouidius de artibus ingenuis dixit. eas
mores emollire, ex Platone sumptum vi-
deri posse.*

*De alio earum fructu cuius Cicero & Oui-
dius meminerunt.*

*Variis nominibus Latinis esse usos de illis
ingenuis artibus: Platonem autem ὡρῶν
μηδέων dixisse.*

*De quodam nominis ἀπάθετος usu qui cō-
uenit cum ea Latine vocis Humanitas si-
gnificatione, qua dicitur de eruditione.*

NA SONEM si dixerim eam quoque
sententiam aliunde mutuatum esse,

qua dicit, ingenuarum artium cognitio-
nem mores emollire, verum, ut opinor,
dixero : præsertim quum apud Platonem
(quem ille ducem sequi haud recusaturus
fuit) eadem legantur. Ita enim Naso libri
secundi De punto, elegia nona,

*Adde quod ingenuas didicisse fideliter
artes,*

Emollit mores, nec finit esse feros.

Eandem nunc sententiam alibi his inclusit
verbis, Artibus ingenuis mollescunt pe-
ctora, & fugit asperitas. sed quædam per pa-
renthesin intericiuntur, hoc modo,

*Aribus ingenuis (quarum tibi maxima
cura est)*

Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

Plato quoque iampridem dixerat in fine
libri tertii De republica, loquens τοῖς ἀρι-
στοῖς συζητεῖσιν reipubl. quos & Φύλαρχος ap-
pellat, Οὐ μή τοι ἀρέπει ἐλέγομεν δέξιον [διερχεό-
ζεσθ] ὅπι δὲ τοι τῆς ὁρῆς τυχεῖν παιδείας,
ἢ της ποτὶ θεῖν, εἰ μέλλουσι τὸ μέγιστον ἔχειν,
πέδος τὸ [ita enim scribendum cōtēn-
do, non τῷ] ἵμεροι εἴ τοι τοῖς περιγράφεις φύ-
λαρχοῖς ὑπὲρ αὐτῶν. Paulo autem,
καλῶς πεπαγδεῖσθαι id erat illi quod hic est
τῆς ὁρῆς τυχεῖν παιδείας. quin dicret,
Οὐκοῦν τὸ μέγιστην τῆς φύλαρχοῖς παρεπονδα-

30 HENR. STEPHANI
συλφίοι αὐτοὶ εἰναι, εἰ ταῦτα πραλῶς πεποιήσουμένοι εἰσίν. Malui autem locum illum, quem priorē attuli, Nasoniano subiungere, quām eum in quo cadem de re loquitus erat (vt etiam ipse dicit, ὁ μάθυτος ἀρχὴν ἐλέγοντος) quoniam paucioribus quām illic verbis comprehensa est. Ceterū τῆς ὀρεᾶς παρδεῖας meminit Plato & in tertio De legibus, pag. 694, meæ editionis: vbi dicit, Cyrum fuisse Κρητὸν ἀπὸ αραρατικὸν ἀρχαῖον καὶ φιλόπολιν, verū παρδεῖας ὀρεᾶς οὐχ ἡ Φραγκοπέτρα.

Latini illam παρδεῖαν quæ mores emolliit, nō solum artes ingenuas, vel liberales, item liberalem doctrinam, & libralia studia, & optima studia, verumctiam studia humanitatis, atq; adeo humanitatem, appellarunt. Quintiam Artes quæ ad humanitatem pertinent, à Ciccrone vocantur. Item, Artes quibus artas puerilis ad humanitatem informari solet, in oratione pro Archia poeta. Sed & politiorem humanitatem apud cum legimus: & virum humilitate politum. Qui verba Latina fecerūt (inquit Gellius lib. 13, cap. 15) quique iis probè vni sunt, humanitatem non id solum esse voluerunt quod vulgus existimat, quodque à Græcis *Φιλονθεραπεία* dicitur, & significat dexteritatem quandam be-

S C H E D . V A R . L I B . III . 31

nevolentiāmque erga omnes homines promiscuam : sed humanitatem appellaverunt id propemodum quod Græci *παιδείας* vocant, nos eruditionem, institutio-némque in bonas artes, dicimus: quas qui sinceriter cupiūt appetúntque , ii sunt vel maximè humanissimi. Huius enim sciē-tiæ cura & disciplina ex vniuersis animā-tibus vni homini data est, idcirkóque hu-manitas appellata est. Quinetiā Humaniori eadem ratione à M. Varrone dictū esse ostendit, significare volente Eruditio-ri doctiorique. Pro iis autē quæ ibi à Gel-lio de illa humanitatis significatione di-cuntur , faciunt quæ modò ex Cicerone attuli, in oratione pro Archia poeta, Artes quibus artas puerilis ad humanitatem in-formari solet. Obseruaui porro, qua ratio-ne Latini humanitatis nomine *παιδείαν* interdum vocarunt, eadem Græcos nō nunquam *ἀποιδέτως* appellasse eos qui-bus quandam nō solùm rusticitatē v-e-ruinetiam inhumanitatem subesse signi-ficare vellent.

Cæterū cum Platonis pariter & Na-sonis locis optimè conuenit hic Cicero-nis in prima ad Q. fratrem epist.lib. I, Cu-ius natura talis est ut etiam sine doctrina

videtur moderata esse potuisse: ea autem adhibita doctrina est quæ vel vitiosissimā naturam excolere possit. Quam rem & aliis alibi verbis dicit.

Verūm alium quoque esse ingenuarū artium fructum, idem illi, Cicero, inquā, & Naso, testantur. Legimus enim apud Ciceronem, in epistola quadam ad Varonem, quæ est sexta libri noni, Cūm enim te semper magnum hominem duxi, tum quòd his tempestatibus es propè solus in portu: fructusq; doctrinæ percipis eos qui maximi sunt, vt ea consideres eaque tractes quorū & vñis & delectatio est omnibus istorum & actis & voluptatibus anteponenda. Idē in quadam libri sexti, quæ est ad Trebianū, Cōsolatione non uterbar, quòd ex multis audiebam quām fortiter sapienterque ferres iniuriam temporum: quāmque te vehementer consolaretur conscientia factorum & consiliorum tuorum. Quod quidem si facis, magnum fructum studiorum optimorum capis: in quibus te scio semper esse versatū. Idque vt facias, etiam atque etiam te hortor.

Extat verò & alii Ciceronis loci in quibus eandem laudem studiis artium ingenuarū tribuit, veluti quum in quadam ad Sulpi-

Sulpiciū epistola, postquam illum ab initio ætatis summè doctrinarum omniū fuisse studiosum dixit, atque omnia quæ à sapientissimis ad bene viuendum tradita essent, summo studio curāque didicisse: addit, Quæ quidem vel optimis rebus & usui & delectationi esse possent: his verò temporibus habemus aliud nihil in quo acquiescamus. Ut türque alibi etiam verbo Acquiescere, de suis artibus loquens, alicubi verbo Conquiescere. Legimus enim lib. 9, in quadam ad Varronem epistola, Quanuis enim hæc sint misera (quæ sunt miserrima) tamē artes nostræ nescio quomodo nūc vberiores fructus ferre videntur quam olim: siue quia nulla nūc in re alia acquiescimus, siue quod grauitas morbi facit ut medicinæ egeamus, &c. Altero autem illo verbo Conquiescere vertitur in illa ad eūdem Varronem epistola, vnde quendam locum paulo antè attuli. nam postquam dixit eum fructus eos doctrinæ percipere qui maximi sunt, (&c.) paucis interiectis, addit, Evidē hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto: libenterque omnibus omnes opes cōcesserim, ut mihi liceat, vi nulla interpellante, isto modo viuere. Quibus subiungit.

q.i.

Quod nos quoq; imitamur, vt possumus,
& in nostris studiis libentissimè conquie-
scimus. Sic etiam in fine epistolæ vñi mæ
libri priumi ad Atticum, Ego autem quoti-
die magis quod mihi de forensi labore té-
poris datur, in his studiis cōquiesco. Ma-
xima verò laus est literarum illa quam
initio ex epistola ad Sulpiciū attuli, quā
& alibi considerandam proponit. Quem-
admodum enim ibi legimus, literas vel
optimis rebus & vñsi & delectationi esse
posse, in aduersis autem [nam dicit, his
téporibus] eiūsmodi esse vt in illis acquie-
scat: sic etiam in quadam ad Varronem,
Modò stet nobis illud, vñà viuere in stu-
diis nostris, à quibus antea delectationem
modò petebamus, nunc verò etiam salu-
tem. Sic lib. sexto, in fine epist. decimæ ter-
tiæ, quæ ad Ampium Balbum scripta est,
de doctrina & literis (harum enim ibi, nō
studiorum, mentionem facit) Quæ secun-
dis rebus delectationem modò habere vi-
debantur, nunc verò etiam salutem. Dixe-
rat autem antea, Sed est vñū perfugium,
doctrina ac literæ: quibus semper vñi su-
mus. Quum autē magno literas honore
afficiat his in locis, maiore etiam afficit, v-
bi elegantissima periphrasi vtés, appellat

Ea quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur. Locus est libro quinto, in fine epist. ad Lucceium. Itaque, ut mones, quātum potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam, transferāmque animum ad ea quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuātur. Quibus subiungit, Tercumque & ero tantum quantum patitur vtriusque ætas & valetudo: &c. Vbi idē intelligere videtur, quod in illo epistolæ ad Varronem loco, vbi scribit, Modò stet nobis illud, vnà viuere in studiis nostris.

Possent & alii eodem pertinentes loci afferri: sed ne tot quidem attulisse ex ailio scriptore; hīc autem consideraui, Ciceronis locos eadem de re scriptos conferre inter se, & ad rei de qua agitur cognitionē & ad comparandam paulatim eloquentiā posse multum prodesse. Adiūgere certè ad illos locos quendam necesse est, tanquam corollarium, ex oratione pro Archia poeta, Hæc studia [literarum] adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent: delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. In iis autem quæ præcedunt quædam sunt quæ cum illo epi-

q. ii.

36 H E N R . S T E P H A N I
stolæ ad Q. fratrem loco à me antea allatō
conueniunt.

Sed iam ad Nasonis quoque locos ve-
niendum est: quāuis nec tot sint, nec tam
luculentè (vt ita dicam) in iis laudentur
studia literarū : potiūq; de poetices quām
aliarum artium studio intelligenda sint
quæ ab eo dicuntur. Verūm præterquam
quod poetice quoque ex ingenuarum est
artium numero , dc quibus nunc agitur,
non dubito quin vbi dicit,

*Ipse mihi (quid enim faciam) scribóque
legóque,*

non de poeticorum tantum sed aliorum
etiam quorundā librorum (quanvis in a-
lia epist. nullos in eo vbi sit loco libros esse
queratur) præsertimque de philosophico-
rū, lectione intelligat. idcōq; vereor ne in
iis quæ dixi aliquam illi iniuriam fecerim.
nulla ideo eorum habita ratione , consi-
deret sequentes versus lector:

Primūm igitur in elegia septima (vel
octava, vt in aliis editionibus) libri quinti
Tristium , habes cùm alios pertinētes huc
versus, tum verò istos,

Detineo studijs animum, fallōque labores:

Exterior curis & dare verba meis:

Item libri quarti elegia prima,

S C H E D . V A R . L I B . I I I . 37

*Forsitan hoc studium possit furor esse videri,
Sed quiddam furor hic utilitatis habet.
Semper in obtutu mētem vetat esse malorū,
Præsentis casus immemorēmque facit.*

Quod autem obtutum hīc, alibi contem-
platum appellat: in illo videlicet priore
loco,

*Sic animum tempūsque traho, mēque ipse
reduco,*

A contemplatu semoueōque mali.

*Carminibus quero miserarum oblinia rerū:
Præmia si studio consequar ista, sat est.*

Alicubi etiam medicinam sibi esse ait, (vt
Cicerone in de suis studiis loquentem au-
diuiimus)

- quorum medicina quietisque

Nulla nisi in studio est Pieridumq; mora.

Intellige autem, Quorum malorum.

S C H E D I A S M A X I I I ,

*Dicti cuiusdam Ouidiani de ira conuenien-
tia cum iis quæ à Platone dicuntur: & cum
his collatio eorū quæ à Cicerone scribuntur.*

L E G I M V S apud eundem poetam,
Trist.lib.3,cl.5,

*Quo quisque est maior, magis est placabi-
lis ira,*

q.iii.

*Et faciles motus mens generosa capit;
Quod ab eo confirmatur leonis exemplo,*

*Corpora magnanimo satis est prostrasse
leoni,*

*Pugna suū finē quū iacet hostis habet.
Ab vrsis autem & aliis ignobilibus feris cō
trarium fieri dicit,*

At lupus & turpes instant moriētib⁹ vrsi.

*Et quæcūque minor nobilitate fera est:
Idem de leone testatur hoc distichū, quod
inter vetera epigrammata extat,*

Iratus recolas quòd nobilis ira leonis

*In sibi prostratos se negat esse feram.
Purinéntq; eodem hæc quæ apud Fabiū,
in quadam Declamatione (si tamen ille
autor est) leguntur, Age, si periflet, cadaver
çalcasses: Feræ mehercule generosiores
iacentes transeunt.*

Naso autē, proposito illo leonis exem
plo, Achillem quoque & Alexandru ma
gnū affert in exemplum,

*Maius apud Troiam forti quid habemus
Achille?*

*Dardanij lacrymas non tulit ille senis.
Quæ ducis Emathij fuerit clemētia, Por⁹,*

*Præclarique docent funeris exequia.
Non dubium est autem quin hæc omnia
& quæ his similia sunt faciat pro illa con-*

sociatione τῇ θυμοειδεῖ & τῇ φρέσκῃ, quæ à Platone proponitur: & pro eo quod ab eodem dicitur, ἀπεργολογία γνωμείως πηραγνόμενον θλιψτελεῖν. Nam ἀπεργολογία πηραγνεθεῖ planè est contrarium ei quod dicit Naso. Esse placabilis iræ: id cōque rationi consentaneum est ut sicut hoc virū magnanimum & generosum decere dicitur, ita illud mulierculæ cōuenire dicatur. Extant autem loci illi libro De leg. quinto, pag. 731, mœx editionis. Ibi enim scribit, θυμοειδῆ μὲν δὴ χεὶ πάντα αὐθα δῆ, φρέσκον δὲ οὐκ εἰδίτε. Et aliquanto post, ελεῖν δὲ τὸν μὲν ιδούμα εχοντα εἶχορεῖ, Εἰ αὐτέργοντα τὸν θυμὸν φρέσκεν, Εἴ μη, ἀπεργολογία γνωμείως πηραγνόμενον θλιψτελεῖν. Deinde postquam dixit oportere contrà, τῷ απεργίας καὶ απεργολογίας πλημμελεῖ εἰφέναι τὸν φρέσκον, repetit quod dixerat, πὼν αἰσχρὸν decere esse θυμοειδῆ & φρέσκον. Idem dicit, quo quis sit φρεσκόπερ, id est generosior, eo minus posse irasci: tunc quidē certè quum iniuriam sc̄e inferre putat.

Ex Ciceronis tamen verbis colligi videntur, existimatum vulgo fuisse magnanimi & fortis viri esse grauiter inimicis irasci: sed eos qui id putant, minimè audierdos esse dicit. Scribit enim, De off.lib.pri-

q.iii.

mo, Nec verò audiendi qui grauiter irascendū inimicis putabunt: idque magnanimi & fortis viri esse censebunt. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clemencia. Ab eodem simul facilitatis & altitudinis animi fit mentio, sicut à Liuio mode stiæ æquitatisque & altitudinis animi: de quibus locis vide meum Nizoliodidasca- lūm, sive Monitorem Ciceronianorum Nizolianorum.

SCHEDESM A X I I I,

*Trium scriptorum, Platonis, Xenophontis,
Nasonis, tres sententiae de ijs qui ad deos
proxime accedunt: id est, qui habet quod
ad naturam diuinam proxime accedat.*

PLATONI si fidem habemus, natu ram nostram diuinæ assimilare potest iustitia: si Xenophonti credimus, quo paucioribus indigemus, eo propius ad illam accedimus: si Nasōnem audimus, beneficentia diis similes reddimur. Cuiusque verba, ex quibus hanc eius sententiæ esse cognoscemus, afferam: deinde quæ mea sit de illorum sententiis sententia declarabo.

SCHED. VAR. LIB. III. 42

Ita igitur in Platonis Theæteto Socra-
tes, Θεος αὐταρινοῦ αὐταρικῶς ἀδίκος, αλλ' αἱ
οἰνοτε διηγόμενοι· καὶ τὸν εἶναι αὐτῷ ὁμοιότε-
ρον οὐδὲν, οὐδὲς αὐτὸν αὐτὸν πάντας ὅλης διηγό-
μενος. Id est, Deus nulla ex parte nulloque
modo est iniustus, sed tanta iustitia quan-
ta maxima esse potest præditus. Nihilque
similius illi est quam si ē nobis qui iustissi-
mus sit. Paulo autem tamen iustitiae prudé-
tiam adiūxerat, eadem de re loquens: quū
diceret Theodoro, fieri non posse ut mala
inter deos locum habeant: esse contrā ne-
cessē ut mortalem naturā oberrēt: ideō-
que dandam esse operam ut hinc primo
quoque tempore fugiamus. fugam autem
esse ut deo quoad fieri potest nos assimili-
lemus. quā assimilatio in eo posita sit ut
iusti & sancti simūlque prudentes simus.

Xenophon autem Apomnem. lib. I,
pag. 425, meæ editionis, vel potius apud
Xenophontem idem Socrates, dicit, ἐγὼ
τὸν θεόν, τὸ μὴ μηδενὸς δέοντα, θεῖον εἴη· τὰ
δὲ αἱ εἰλογίστων, εἰ γνάντε τοῦ θεού. Id est,
Ego autem existimo, nulla re indigere,
eius esse qui diuina sit natura præditus:
quā paucissimis egere, ad dei naturā proxi-
mè accedere, vel, proximum esse dei na-
turæ. Ita enim in his locis θεῖον (quod pro-

42 H E N R . S T E P H A N I

priè diuinum significat) accipi arbitror.
Quòd si priore loco θεον interpretatus
estēm Diuinum, non facile eandem in-
terpretationis rationem in posteriore lo-
co retinuisse.

At Naso, secundi De ponto elegia no-
na, ad Cotyn,

*Hoc tecum commune deis, quòd utrique
rogati*

Supplicibus vestris ferre soletis opem.

Quibus subiungit,

Nā quid erit quare solito dignemur honore

Numina: si demas velle iuuare deos?

Et paulo pōst,

Vtilitas igitur magnos hominésque deósque

Efficit, auxilijs quoque fauente suis.

Alibi quoque huc pertinentia quædam dicit, si bene memini. Videri autem possit in illis verbis - *si demas velle iuuare deos*, alludere ad etymologiam nominis quod datū fuit cī qui deorū est maximus. Louis enim dictus initio fuisse traditur à iuuando: postea Iupiter, quasi Iuuans pater (potius quām, quasi Louis pater, vt alii volunt, intelligentes Louis in recto casu) quòd pertinet quod à Cicerone scribitur, propter beneficia vocatum esse optimum: sicut propter vim, maximum.

Omitto plurima quæ his addi possent,
& ad illam meam de his tribus sententiis
sententiam (vt stem promissis) venio. Di-
co igitur, Platонem & Xenophótem ma-
gis philosophicè loquitos esse: sed posse a-
lli etiam virtuti eandem laudem tribui,
philosophicè disputando: (sicut de virtu-
tibus etiam, quæ cui sit anteponenda, di-
sceptatur) atque adeo Platонem, quam
vno in loco tribuat Διηγοσων laudem, in
alio tribuere σωΦεσιών: ad quam refer-
ri posse & quod à Xenophonte scribitur.
At verò Nasonem vulgi potius iudicium
sequutum esse, quum & deorū maximus,
à iuuando (vti dixi) nomen suum acce-
pisse creditus sit, & multos pro diis habitos
cultosque sciamus fuisse, quòd, dum viue-
rent, optimè de hominibus meriti essent.
Quò pertinent ista Horatii,

*Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore
Pollux,
Post ingentia facta, deorū in tēpla recepit,
Dum terras hominūmque colunt genus,
aspera bella
Cōponunt, agros aſignāt, oppida cōdunt.
Pro Nasone facit & hoc, quod bene de ſe
meritum moris erat deum ſuum appellare.
Quo ex more dictum exiftimatur il-*

44 H E N R . S T E P H A N I

lud. Nanque erit ille mihi semper deus. Sic,
 & Cicero P. Lentulum parētem ac deum
 suā vitā, fortunā, memoriā, nominis, vo-
 cauit. Adeo ut mirandum non sit, in sua
 quadam ad illum epistola his vsum ver-
 bis esse, Periucundæ mihi fuerunt literæ
 tuæ: quibus intellexi te perspicere meam
 in te pietatem. quid enim dicam benevol-
 entiam, quum illud ipsum grauissimum
 & sanctissimum nomen pietatis leuius mi-
 hi meritis erga me tuis videatur? Sic autē
 Naso quoq; in suis de Tristibus & de Pon-
 to libris pietatis appellatione vñus est.

S C H E D I A S M A X I I I ,

*Consideratione accurata dignam esse quæ à
 Nasone fertur de Callimacho sententiam,
 ei planè contrariam quam fert de Ennio.*

DE C A L L I M A C H O sententiā Na-
 sonis & miratus sum antea, & mirari
 non desino: quo Callimacho neminem
 doctiora poemata scripsisse memoriarē pro-
 ditum est. In eo enim tanto aliqui viro
 ingenium Naso desiderat. Scribit enim,
Battiades toto semper cantabitur orbe:
Quāvis ingenio non valet, arte valet.
 Contrā autem de Ennio,

S C H E D. V A R. L I B. I I I . 45

Ennius ingenio maximus, arte ruditis.

Item alibi, *Ennius arte carens.*

Quod autem omnium poetarum inge-
niosissimus fuit hic iudex; id illius iudicio
autoritatem vna ex parte tribuere, ex alte-
ra posse detrahere videtur. Ideo enim iudi-
care potuisse dicetur valeret ingenio Cal-
limachus, necne, quod quium ipse esset *λογικός τετράς*, (exempli gratia) statim perspi-
cere posset ubi *έργα τετράς* Callimacho decesset:
ideo autem suspectum eius iudicium cui-
piam fuerit, quod verisimile sit eum vo-
luisse illius ingenium ex suo metiri, in in-
méque illam sui *ταξιδεύειν* considerasse:
ac perinde fecisse acsi Milo Crotoniates a-
liorum athletarū robur eorumque lacer-
tos è suis aestimans, in illis robur & lacer-
torum vim desideraret. Eius autem quod
dico *τέλος τετράς* exemplū habemus vel
in tractatione fabulæ de Erisichthone.
quædam enim Callimacho ibi deesse vi-
deri possunt, contrà autem Nasonis Musa
ita ibi luxuriat ut quædam superesse po-
tius quam deesse dici queant. Varia tamen
de hoc Nasonis iudicio esse iudicia possunt:
quod ego in omnem partem versans, ali-
quot epigrammata de eo lusi, quum illum
Græcum poetam edidi.

46 H E N R . S T E P H A N I

Primum est hoc, in quo ipsum Callimachum compello, tanquam illi Nasonis iudicio parum fidei habens,

Non satis ingenio Nasone es iudice promptus,

Summo inter vates qui fuit ingenio.

Quid nobis de te est aut de Nasone putandum?

Iudiciū deest huic, ingeniumne tibi?

In secundo dico me suspicari Nasonē vel non omnia eius poemata, vel non sat is attentē legisse. eūmque sicut & in præcedente atque in sequentibus coimpello.

Callimache, ingenio te Naso valere negavit,

Sicut & à sera id posteritate legi.

Carmina non equidem tua legerat omnia Naso,

Legerat hæc oculo vel properate nimis.

In tertio dico, censuram Nasonis, tanquam nimis rigidi censoris, posse fortassis reiici: & videri vocare noluisse ingenium quod ab aliis hoc nomine appellari soleret.

Nasoris verax est si censura poetae,

Haud tua Musa viget dotibus ingenij.

Naso nimis rigidus nobis an censor habendus?

*Ingenium & vulgus quod vocat, esse
negat?*

Quartum ad illud respicit quod dixi,
voluisse Nasonem ingenium illius ex suo
metiri.

*Naso tuæ ingenij non sat putat esse Ca-
mæne,*

*Et tanquam haud dubitans hoc canit
ille palam.*

Te Naso tunc est ex se metitus, opinor,

Nescius ingenij plus satis esse sibi.

In quinto ratione affero cur Naso in-
genium Callimachi ex suo metiri non de-
buerit,

Nasone, ingenio quū te valuisse negare,

Ex se metiri te voluisse puto.

*Mensuram ingenium sed quod superau-
rat, omnem,*

Mensura quisnam vellet habere loco?

Sed felicius idem Græcè lusi, præsertim
quod ad eius clausulam attinet, propter
maiorem linguæ illius felicitatem,

Εὐφυες καὶ δέν ἔχονται εἴπη σέο εἰπεν οἱ Νάσων,

Τεχνήν ταλαίπων, οὐδέν ἔχειν.

Ηδέρη δὴ ταῦτα εἴη τὸ πεῖρη μετεγένσατο Νάσων.

Πάδες δὲ αὖ μέτρον ἔχει, εἴπερ ἀμετέφορον ἔφυ;

In sexto epigrammate, quod est octa-
stichum, dico videndum esse ne Naso ni-

48 HENR. STEPHANI
mium laudis arti illius tribuerit, ingeniu
interim sua fraudans: & quum tantus sit
artis splendor, ne hic Nasoni aciem ocul
lorum praestrinxerit, quoniam quis quo in
genii erat posset internoscere.

*Battiade, arte quidem te Naso valere fa
tetur,*

Ingenio sed te Naso valere negat.

Ah, quam Naso tua laude non inuidet arti,

Ingenio cur hanc inuidet ille tuo?

*Anne, quod ingenij est, hoc arti adscribe
re manuit?*

Datus arti laude quam rapit ingenio?

Imo cuncta artis tanto splendore nitescunt,

Ingenij lucem splendor ut ille tegat.

Tandem vero & hoc addidi, quo ipsum
Nasonem compello,

Battiades toto semper cantabitur orbe:

Quanvis ingenio non valet, arte valet:

Hacten Naso canis: tibi sed contraria, que te

Est melior iudex, Calliopea canit:

Battiades toto semper cantabitur orbe:

Ingenio is multum, plus tamē arte valet.

Fateor alioqui, quod Nasonis de Callima
cho, idem quorundam aliorum de poetis
aliis fuisse iudicium. Atque huc pertinet
quod Plinius iunior de Silio Italico dicit,
epistola septima libri tertii, Scribebat cura
maiori

S C H E D. V A R. L I B. I I I . 49
maiori quàm ingenio.

Præterquàm autem quòd arte sine cō-
trouersia excellit Callimachus, hoc etiam
cæteris præstare dici posse videtur, quòd
vtrumque carminis genus pari felicitate
scripscrit. heroicā enim & admirabilem
quandam grandiloquentiā habet: quan-
uis alio qui eius carminis tenuitas cū ab
aliis tum à Propertio celebretur. Apud eū
enim legimus,

*Callimachi manes & Coi sacra Philete,
In vestrum, quæsō, me finite ire nemus.
Et duobus veribus interictis,
Dicte quo pariter carmē tenuastis in antro,
Quóve pede ingressi, quámve bibistis a-
quam.*

Sic etiam alibi Callimachū non inflatum
esse testatur,

*Tu satius memorem Musis imitere Philetā,
Et non inflati somnia Callimachi.*

Est autem illa carminis tenuitas de elegia-
co intelligenda, in quo potissimū se exer-
cuit.

r. i.

S C H E D I A S M A XV,

*De quodam Nasōnis loco, in quo ita dissentit
à Cicerone, ut quod huic consolationem
affert, mārorem illi angeat.*

NA S O N I valedicere Martius meus non vult priusquā locum eius quendam cum Ciceronianis aliquot locis contulerit, & cūrnam illi ab his dissentiant inquisierit. Legimus enim apud hunc poetam,

*Atq. ego peccati vellem modo conscius esse.
Dolet quòd peccati conscius sibi non sit:
quum Cicero contrà in suis epistolis eo se consoletur quòd peccato & culpa vacet, itidēmque aliis ad eos consolandos proponat, quòd culpa careat. Legimus enim in tertia libri septimi (earum quae ad familiares scriptæ sunt) Sed tamen vacare culpa magnum est solatium. Item libro sexto, in quadam ad Torquatum, Nec enim, dum ero, angar villa re, quum omni vacem culpa. Neçnon libro duodecimo, scribit Cor nificio, Ego certè recip. non deero: & quicquid acciderit à quo mea culpa absit, animo fortiferam. Scribit & Thoranio, Tamen ita viximus, & id ætatis iam sumus;*

S C H E D. V A R. L I B. I I I. 51

vt omnia quæ non nostra culpa nobis accidēt, fortiter ferre debeamus. Rursum Torquato, Ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit à culpa. Eidem, Simus igitur ea mēte quam ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus: tāque quum careamus, omnia humana pacatè & moderatè feramus. Ideo autem hoc dicit quoniam nullum esse magnum malū existimat præter culpam. Scribit enim Torquato, Conscientiam rectæ volūtatis, maximam consolationem esse rerum in cōmodarum, nec esse ullum magnū malū præter culpam. Cornificio quoq; scribit, libro duodecimo, Nec, à quo culpa absit, quicquam in malis numerandum. Denique alio quodam loco, Præter culpam aē peccatum, quo semper caruisti & carebis, homini accidere nihil posse quod sit horribile aut pertimescendum.

Sed Naso, cur contrà doleat quòd sibi peccati non fit conscius, rationem affert,

Aequo animo pœnam qui meruere ferūt.
Quæ regula & alibi ab illo proponitur,

Leniter, ex merito quicquid patiare ferendum est: (nit.

Quæ venit indignè pœna, dolēda ve-
r. ii.

Sed alia alibi ipsemēt Naso dicit, vel potius contraria, & quæ cum iis quæ à Cicerone dicuntur, conueniunt. Legimus enim apud eum, libri primi De ponto, elegia prima,

*Quimque sit exilium, magis est mihi
culpa dolori:*

*Estq; pati pænā quam meruisse minus.
Quinctiam hæc addit;*

*Vt mihi dūfaueant, quibus est manife-
stior ipse,*

Pæna potest demi, culpa perennis erit.

*Mors faciet certè ne sim, quum venerit,
exul:*

Ne non peccarim, mors quoq; nō faciet.

Quid igitur respondebimus? quomodo Nasonem non à Cicerone solùm sed etiā à seipso dissentientem excusabimus? Respondendum esse crediderim, eum hīc cū Cicerone, vt virū bonū, loqui, & cōsidere quæ philosophi nobis ca in re cōsidērandā proponunt, atque adeo quæ cōsidere nos iubent: at verò illic ex vulgi sensu loqui. Sed quod attinet ad priorē ex duabus illis quos attuli locis, in quibus eum ex vulgi sensu loqui dico, in eo certè Nasonē ambiguè etiam loqui, & in ambigua significatione ludere arbitror. Quū enim Pec-

S C H E D . V A R . L I B . III . 53

care à Latinis, præsertimque à poetis, pas-
sim dicatur de iis qui cum aliqua , quacū
non licet, rē habent, obiiiceretur autē Na-
soni quòd cum Cypassi rem habuisset, eo-
dem modo & ipse Peccati appellatione v-
sus esse videtur, & illum sibi à Corinna ve-
titum concubitum illo nomine vocasse.
Existimet tamen fortasse quispiam non
fuisse dictos peccare eos quoque qui cum
ancilla rem haberent : sed est vsus ita Ho-
ratius, hoc in loco,

*quid inter - est in matrona , ancilla, pe-
ccave togata ?*

S C H E D . I A S M . A . X V I ,

*De duobus Ciceronis locis , in quorum uno
quidam philosophorum nomen ad omnes
philosophos male extendere, in altero, ci-
uitatis appellationē male ad unam ciui-
tatem restringere videntur. Item, De quo-
dā mendo quod priori loco subesse suspicor,*

LE G I M V s apud Ciceronem, epist. de-
cima sexta libri noni, earū quæ ad fami-
liares scriptæ sunt, Sic video philosophis
placuisse, iis qui mihi soli vīdētur vim virtu-
tis tenere, Nihil esse sapientis præstare, nisi
culpā. quavideor mihi dupliciter carere, &
r.iii.

quòd &c. Quintiā epist. prima libri sexti dicit Torquato, Simus igitur ea mēte quā ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstandū præter culpam putemus: eaque quū careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus. De illo priore loco non possum assentiri iis qui eum ita accipiūt vt id de omnibus philosophis intelligatur. id est, vt nō certis quibusdam philosophis hoc placuisse dicat, sed universis. Perinde acsi per appositionem (vt loquuntur grāmatici) hoc diccretur: hoc sensu, Sic video philosophis placuisse, iis hominibus qui mihi soli vidētur &c. Quibus verbis nō aliud intelligeretur quām istis, Sic video philosophis placuisse, qui solum ex hominibus mihi videntur &c. At nō possum (inquam) ita hunc locum accipientibus assentiri: (quoniam mihi non sit verisimile Ciceronem quibuslibet philosophis tantum honoris voluisse deferre, vt diceret illos solos vim virtutis tenuisse: præsertimque de Epicureis hoc minimè puto dicendum existimasse) sed de certis quibusdam philosophis id intellexisse, qui soli vim virtutis tenuisse dici possent.

Iam verò & hoc, velut ēr *πνεύμων*, considerādum proponam, annoī Viam vir-

S C H E D . V A R . L I B . I I I . 55

tutis Ciceronem scripsisse magis sit credibile. vt Viam virtutis dicat Viam quae ad virtute ducit , siue Viam qua ad virtutem peruenitur : siue Viam rectam viuendi , & ex virtute. Nam Viuendi viam & Rectam viuendi viam apud eum legimus : quinetiam Virtutis viam non dubito quin & alibi dixerit. Horatius quidem certe ita loquutus est.

Quemadmodum autem in eo Ciceronis quem modum attuli loco nimis late, id est ad nimium multos, extenditur quoddam vocabulum, ita nunc alium eiusdem affram ubi contraria Ciuitatis appellationem ad unam quandam male restrinxisse (vt vulgo loquimur) quidam expositores mihi videntur. Is locus est in primo limine orationis Pro P. Quintio, Quae res in ciuitate duae plurimum possunt, ea contra nos ambae faciunt in hoc tempore, summa gratia & eloquentia. Quarum alteram C. Aquili vereor, &c. At qui (dicent illi) in aliis eiusdem orationis locis sic accipi manifestum est, & ita accipere necesse est. Quid tum ? ibi non debuit addere Cicero pronomen Hac , siue Ista , quod manifestum esset ita debere accipi : at verò in hoc loco quis non omnino necessariam fuisse dicat

r. iii.

pronominis adiectionem, si ad suam ciuitatem dictū hoc restringere voluisset? Sed cur restrinxisset, obsecro? cur Romanorum ciuitati seu reipubl. proprium esse dixisset, quod illi cum omnibus commune esse, statim omnibus in mentem venire poterat? Niſi forte quod Demetrius Phalereus dixerat, eloquētiam in republ. tantum posse quantum in bello gladium, id de Republ. Romana duntaxat intelligendum erat. Sed quid verbis opus est, quum id minimē ad illam ciuitatē seu reipubl. esse restringēdum, ex Demosthene etiam constet?

S C H E D I A S M A XVII,

*Illum qui docta alioqui scholia scripsit in
Ciceronis epistolas quas vulgus familia-
res vocat, & nimis audacter & male ex-
ponere videri Præstare; Efficere ut non
sit, Cauere, Vitare: & Præstari, Procer-
to affirmari.*

VE R B V M Præstare in eo vsu de quo nunc dicturus sum; in eorum numero meritò ponetur quæ quanuis intelligentur, non facile exponuntur. De eo autem vsu verba sum facturus quem habet apud Ciceronem, quum dicit Q. fra-

tri, (prima primi libri epistola) Atque inter hos , eos quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa respublica , duntaxat finibus iis præstabitis quos antè præscripsi: quos verò aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessariis apparitoribus tecū esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, horum nō modò facta sed etiam dicta omnia præstāda nobis sunt. Quum etiam paulo antè dixisset, Sed esse circumspiciendum diligenter vt in hac custodia prouinciae nō te vnum, sed omnes ministros imperitui, sociis & ciuibus & reip. præstare videare. Vbi obseruandum est dici Præstare illos, & Præstare illorum facta atque dicta , eadem significatione. Quod autem scribit, Duntaxat finibus iis præstabitis quos antè præscripsi , referendum est ad ista quæ paulo antè dixerat, Præclarum est enim, summo cum imperio fuisse in Asia triennium sic, vt nullum te signum, nulla pictura, nullum vas , nulla vestis , nullum mācipium, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniaæ, (quibus rebus abundat ista prouincia) ab summa integritate continentiaque deduxerit. Et, paucis interiectis, Non itineribus tuis perterreri ho-

mines, non sumptu exhaustiri, nō aduentu commoueri, &c. Nam paulo post, ostendere volens, dandam esse Quinto operam ut eadem integritas continentiaque in iis omnibus quos habet ministros imperii sui cernatur, dicit oportere Præstare illos recip. subiungit enim, paruo interuallo, His autem in rebus iam te usus ipse profecto erudiuit, nequaquam satis esse, ipsum hanc habere virtutes, [intellige autem integritatem & continentiam, ut paulo ante vocauerat] sed esse circumspiciendum diligenter ut in hac custodia prouinciarum non te unum sed omnes ministros imperii tui, sociis & ciuibus & recip. præstare videare.

Atque ut ad exempla petita aliunde veniam, legimus in epist. 17, libri 7, quæ ad Trebatium scripta est, Hunc tu virum natus, si me aut sapere aliquid aut velle tua causa putas, ne dimiseris: & si qua te forte res aliquando offenderit, quum ille aut occupatione aut difficultate tardior tibi erit visus, perferto, & ultima expectato: quæ ego tibi & iucunda & honesta præstabo. Item in 16, libri 5, Ut & communem incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum neque præstare

S C H E D. V A R. L I B. I I I . 59
vlo pacto potest, sapienter ferres.

Quoniam autem in uno ex iis de quibus sum acturus locis verbum Praestare accusatio Culpam iungitur, afferam locum eiusdem in quo iunctum est accusatio qui aliquam significationis affinitatem cum illo habet. Legimus libro De off. tertio, Is igitur iudex ita pronuntiavit, quum in venundando rem eam, scisset, & non pronuntiasset, emptori damnum praestari oportere. Ibidein legimus hoc verbum iunctum accusatio Vitium, qui etiam habet eodem pertinentem significationem. scribit enim, A jurisconsultis etiam reticentiae poena est constituta. quicquid enim inest praedio vitii, id statuerit, si venditor sciret, nisi nominatum dictum esset, praestari oportere.

At vero is de quo nunc agendum est locus, habet (vti dixi) accusatiuum Culpam, iunctum isti verbo Praestare. Ita enim Cicero Epist. 16, libri noni, Sic video philosophis placuisse, iis qui mihi soli videntur vim virtutis tenere, Nihil esse sapientis praestare nisi culpam. Vbi Paulus Manutius in scholio margini adscripto Praestare culpam esse dicit Efficere ut non sit; vel Cauere, Vitare. Et addit, Nam culpa quidem

60 HENR. STEPHANI

vt vitetur in nobis est. At ego Præstare culpam esse dico , non Cauere culpam, seu Vitare culpam , sed Damnum præstare quod culpa nostra contigerit. Atque vbi de sapiente dicitur, eius non esse aliud præstare quam culpam , perinde esse ac si diceretur , non esse eius præstare res fortuitas , sed tantum culpam. Casus autem fortuitos quis vitari posse dicet? Imò Cicero in loco qui paulo antè allatus fuit, scribit, Vt & communem incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum neque præstare villo pacto potest, sapienter ferres. Quod si Præstare idem esset quod Vitare , cur Neque vitare neque præstare,hic dixisset? Sed quod ad expositionem loci illius attinet, Nihil esse sapientis præstare nisi culpam, exponi potest non solum eo quo dixi modo. Præstare damnum quod sua culpa euenerit: sed etiam In se recipere damnum , si quod sua culpa eueniat. id est, promittere se præstitorum damnum. Legimus idem loquendi genus apud eudem libro De orat. primo, Perge verò Crasse, inquit Mutius. istam enim culpā quam vereris ego præstabō. Denique præstare culpam suam vel alienam dicitur qui damnum quod sua

S C H E D. VAR. LIB. III. 6;

vel alius culpa contigit sarcit, & (vt vulgo loquimur) pro damno satiffacit , (quidā & verbo Luere hac in re vtūtūr) siue Qui si forte dānū aliquod sua vel alius culpa cōtīgat, in se recipit (quod itidē Græci dicūt αὐτὸν ἔχειν , & εἰς τὸν αὐτὸν ἔχειν) & sarciturum se promittit : & ita velut in se recipit rei exitum seu euentum : dicique etiam potest Præstare periculum. nam qui præstat culpam , vult euentum rei suo periculo esse.

Quéadmodū verò longè discedit Paulus Manutius à significatione verbi Præstare illo in loco, ita etiam (ni fallor) ab ea procul abest in isto, Nec præstari quicquā potest quale futurum sit quod positum est in alterius voluntate. Hic enim ille expōnit Pro certo affirmari. Quis autem unquā præter illū dixit Præstare esse Latinis Pro certo affirmare? Alioqui dicendū id ē esset de hoc qui eadem in epistola est loco , Cætera verò , quid quisque me dixisse dicit , aut quomodo ille accipiat, aut quā fide mecum viuant ii qui me assiduè colunt & obseruant , præstare non possum. At potius esse, Non possum in me hoc recipere , vel Non possum huius rei periculum in me recipere , non negabunt (vt o-

pinor) qui alios similes locos obseruarint: verbi gratia, vbi dicitur, Præstabō illos nō esse facturos: item, Præstabō illum rationē esse habiturū. Verū in illo de quo nunc agitur loco illud Quicquam non satis aptam sedem habere videtur, idcōque non immeritò suspectum fuerit. Quòd si etiam suspicetur quispiam scripsisse Ciceronem; Nec præstare quisquam potest, idem me quoque suspicatum esse sciat. Fui autem longior, verū tot exempla coaceruavi, quòd sciré quāta illius viri, in cuius expositiones inquiero, sit existimatio: & quam multi de omnibus quæ ab illo scripta sūt; non aliud respondendum putent quām *avīs ēφæ.*

SCHEDEIASMA XVIII,

De aliis eiusdem Ciceronis locis, in quibus eiusdem Pauli Manutij expositiones non sequendæ esse videntur.

De unius ex illis Ciceronianis locis emendatione.

DOCTISSIMVM fuisse virum Paulum Manutium, & de Cicerone vel potius de Ciceronis lectoribus optimè esse meritum, siquis ignorabit, is meritò dice-

tur versari hospes in republ. literaria, meritò dicentur illius aures peregrinari: (vt Ciceronis ipsius utrūq; verbis) sed non placet tamen , cum plerisque , omnibus quæ ille scripta reliquit , *διανοιῶς* fidem adhibere, & de illo subinde illud Pythagoraeorum de suo magistro, *αὐτὸς ἐφα*, usurpare. Considerandas igitur lectori quasdam alias eius expositiones proponam , meam de illis sententiam proferens.

Legimus epistola quinta libri sexti ; ad A. Cæcinaim scripta, Ea natura rerum est & is temporum cursus , vt non possit ista aut tibi aut cæteris fortuna esse diurna, neque hærcere in tā bona causa & in tam bonis ciubus tam acerba iniuria. Quare ad eam spem quam extra ordinem de te ipso habemus , non solum propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim orna menta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua præcipua , propter eximium ingenium, sumimamque virtutem. Hic enim vult Manutius , Virtutem priorē quidem loco significare Præstantiam quandam in rebus omnibus , vel potius Præstantiam quandam naturæ (nam pri mæ editiones verba illa margini adscripta habebat: quæ eas sequutæ sunt, ista ha-

bent; at in posteriore Scientiam. Quarum expositionum prior quidem, audacula, at posterior, audacissima mihi videtur. Fuerit verò (ut opinor) illa naturæ præstantia quæ à Græcis dicitur vno verbo *λόγια*. nihilo quidem certè magis virtutem de naturæ præstantia quam ἀρετὴ dici *ἀρετὴ λόγιας* puto. Esto tamen, posse ita accipi Virtutem: quid è an etiam Scientiam significare poterit? Cur verò à scientiæ appellatiōne abstinuissest Cicero, & significationem illi vocabulo dedisset quam ne is quidē ad quem scribebatur epistola, intellexurus erat? Imò verò ne scientiam quidem dixisset, meo quidem iudicio: sed potius doctrinam. Verū, quoniam in duobus non solū valde vicinis sed etiam ad eandem periodum pertinentibus locis illud vocabulum bis pónitur, ex cogitanda fuit scilicet in posteriore magis etiam noua quam in priore significatio.

At ego ad talia commentia confugere nihil necesse existimo: quum priore quidem loco Virtutem *ἀρετὴς*, at in posteriore Summam virtutem Ciceronem dixisse considero. Puto enim hunc esse huius loci sensum, Quare bene de statu rerū tuarum sperato, quum de illis ipsi etiam
bene

bene speremus: & quidem ita ut nō eandem tantummodo de te quam de aliis multis exilibus spem habeamus, sed extraordinariā quandā & peculiarem, nā dignitas quidē & virtus tua spem nobis faciunt, sed quum hæc tibi cum aliis sint communia, valde illam augent tuum eximium ingenium & summa virtus. Perinde acsi diceret, Quòd extraordinariā quādam de te spem concipimus, [id est *ωέλη τῆς οὐρανού*. erat enim exul] in causa sunt illæ tuæ extraordinariæ dotes, eximium ingenium atque virtus summa. Multi enim virtute prædicti sunt (idcōque virtutem, sicut & dignitatem, dixit esse ornamenta illi cum multis communia) at pauci suntima virtute: pauciores etiam, eximio ingenio simul & summa virtute. Nunc tandem ex iis quæ dixi, perpendat lector an Summa virtus nihil aliud sit quam Scientia. Nam quod attinet ad expositionem huius nominis Virtus in priore loco, vbi Ciceronem, dicētem Virtutem tuam, intelligere putat Præstantiam quandam in rebus omnibus, siue Præstantiam quandam naturæ, minus audax videtur, vti dixi: quanuis naturæ præstantiam (ex duabus enim explicationibus hanc malo) mi-

f.i.

nimè videtur ab ingenio separaturus suis-
se: quum naturæ præstantia ad eam refe-
ratur quam Græci *λόγια* appellant: huic
autem iniuria fieri videatur si ab ingenio
separetur.

Verùm enim uero ab uno certamine
ad aliud veniendum mihi est. postquam
enim aduersus illam huius loci expositio-
nem certaui, superest ut etiam aduersus
scripturam eius certamē suscipiam. quem
Dionysius Lambinus planè mendosum,
& inexplicabilem in libris omnibus & ve-
teribus & manuscriptis (ita enim apud
eum legimus) esse conqueritur. Sic enim
in illis scriptū esse ait, Quapropter ad eam
spem, quam de te ipso habemus, non so-
lum propter dignitatem & virtutem tuā,
(hæc enim orn. s. tibi etiam cum al. cō-
munia) sed etiam accedunt tua präcipua,
propter exim. ing. summ. virtutē. Pau-
lus autem Manutius in posterioribus suo-
rum scholiorum, quæ calci epistolarum
adiuncta sunt, editionibus, sicut & in
prioribus, ad *πολεικόφωνες* configuit: sic
tamen ut non omnino eadem scribat v-
trobique. Scribit enim in prioribus, Incō-
sequens & obscura locutio. ex quo vereor
ne corruptè tot⁹ hic locus legatur. Ac fieri

tamen potest ut ita scripserit Cicero, & inciderit in vitium quod Græci *πλοκαὶ Φάρες* appellant. Cuius generis nonnulla cùm in reliquis eius scriptis, tum in libris maximè contra Verrem deprehēduntur, quæ Pedianus notauit. Hæc ille vir doctiss. in prioribus (vti dixi) editionibus. At verò in posterioribus, quæ *δευτέρας Φεγγίδες* habet (ut multa quæ mutata sunt ostendit) scribit, Verba hæc, Accedūt tua præcipua, libenter, atque etiam quæ sequuntur, Propter eximium ingenium, summamque virtutem, parenthesi superiore includerem, ut post communia multorum ornamenta, statim præcipua Cæcinæ subiicerentur. Sed hoc videtur fieri non posse, propter illud, Ad eam spem: quod ad aliquod verbum referri necesse est. Omnino carci locum mendo vix crediderim: aut, si mendo vacat, erit ex eo genere quod Pedianus habere folœcismi speciem in Cicerone interdum notauit. Hæc sunt eius *δευτέρας* de loco illo *Φεγγίδες*.

Nunc supereft ut meā cōiecturā propónā: à qua nullū violentum remedium expectare te volo. quanuis enim pro deplorato habeatur hic locus, (utpote de cuius salute illi duo præstantissimi librorum Ci

f. ii.

ceronis medici, Paulus Manutius & Dionysius Lambinus, desperent) & extremis morbis (vt vulgus loquitur) extrema remedia licet adhibere , neque ferro tamē, neque igni, neque vlo alio remedio, quod violentum vocari possit, sum vsurus. Primum igitur (vt iam ~~ἀληθοπεῖν~~ desinam) nihil mihi vnquā magis persuasum fuisse dico quām hoc est, Ciceronē aliud quām præpositionem Ad post aduerbium Quare scripsisse: atque adeo non præpositionē loco illi, sed verbum adhibuisse: & quidem verbum (vt proprius accedam) quod cum accusatiuo Spem conueniret, Quōdnam verò illud erit? Duo lectori proponam, atque optionem illi relinquam: quum idē ex vtroq; sensus efficiatur. Nam vel, Quare adi eam spem, vel Habe eam spem, Ciceronem scripsisse suspicor. Illud quidem Adi , multo fuerit verisimilius , si, quām parua sit mutatio, spe&temus: at verò Habe si scribamus, genus loquendi fuerit multo vfitatius, atque idipsum quod proximē sequitur: hoc modo, Quare habe eam spem quam extra ordinem de teipso habemus. Sed tamen & alterum loquendi genus, quod magis verisimilem emendationem huius loci reddere poterit, ob valde par-

S C H E D. V A R. L I B. I I I . 69

uam mutationem, cùm Latinæ linguæ
minimè incognitum esse, tum verò ana-
logia comprobari puto. Liceat enim ana-
logiam appellare vbi similis metaphoræ
in similibus loquēdi generibus habemus
vsum. Habemus quidem certè hīc, quum
talia sint, Ire in spem, Venire in spem, In-
gredi in spem, quale est illud Adire spem.
Optionem tamen (vti dixi) lectori relin-
quens, ad sequentia pergo: & parēchesas
notas tolli iubeo, vt illis sublati legamus,
Quare habe [vel, ad]eam spem quam ex-
tra ordinem de teipso habemus, nō solū
propter dignitatem & virtutē tuam. Hæc
enim ornamēta sunt tibi etiam cum aliis
communia: accedunt tua præcipua, pro-
pter eximum ingenium summāmq; virtutē.
Perinde acsi diceret, Propter tuū
eximum ingenium, summāmq; virtutē,
dicere possumus, ad illa ornamenta quæ
tibi sunt cum aliis communia, accedere
tua præcipua. Fateor tamen molliorem
futuram fuisse eandem orationis structu-
rā, non adiecta præpositione Propter: hoc
modo, Hæc enim ornamenta sunt tibi e-
tiam cum aliis communia: accedunt tua
præcipua, eximum ingenium, virtusque
summa. Alioqui enim non mirabor si du-

s. iii.

A

rum lectori videatur, aut saltem duriusculum, præpositionem hanc Propter, in hoc posteriore membro nō pertinere eodem quò pertineret in priore. Expectassent enim potius lectoris aures talem orationis structuram, simul etiam vtendo parenthesi, Non solum propter dignitatem & virtutē tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) sed propter illa quæ accedunt, tua præcipua, eximium ingenium, summātque virtutem. Verūm non semper talem ἀκολεγία seruari scimus: & vbi non seruatur, si οὐδικοφανεῖς esse dici oporteret (vt videmus Paulum Manutiū locum hunc vitii illius insimulare) quotaquæque non Latinorum solum, sed Græcorum etiam scriptorum pagina esset, quæ οὐδικοφανοῦ suspicione earere dici posset? Quæ certè addere libuit, vt interim Ciceronis patrocinium suscipiens, hanc saltem criminacionem ab eo repellerem, siue (vt alii loquutum potius esse illum arbitrantur) depellerem.

Verūm vt ad duos illos præstatiſſimos librorū Ciceronis siue medicos siue chirurgos reuertar, Manutiū & Lambinum, quum hæc ita sint, multo prudentius hoc in loco hic quām ille se geſſisse videtur.

Nam Lambinus statim fatetur locū hunc
planè mendosum esse , & inexplicabilem,
vt quidem scriptus est in libris veteribus:
(quæ scriptura nostræ similis est,nisi quòd
duæ voces Sed etiam,positæ sunt ante ver-
bum Accedunt)at Manutius in loco aper-
tè mendoso, non secus quām si emenda-
tissimè esset scriptus,sese torquēs,Hic quæ-
ro (inquit) quibus causis adductus Cice-
ro spem haberet extraordinariam de Cæ-
cina. Non enim ob ingenium & virtutē,
quæ paulo pōst nominantur,spem de ipso
præcipuum ceperat : sed illa dixit ad eam
spem accedere, quam extra ordinem iam
habebat. Quibus subiungit , alias causas,
præter ingenium & virtutem , quærendas
esse, quæ spem extraordinariam efficiant:
& quum nullæ occurrant,dicendum esse,
quum Cicero scripsit,Quam extra ordinē
de te ipso habemus, significasse eam ipsam
spem quam haberet ob illius ingenium &
virtutem , non illam quæ sine ingenii &
virtutis accessione , extraordinaria esset.
Vt hoc dixerit, Accedunt ad spem , vt ex-
traordinaria sit, ingenium & virtus. acce-
dunt autem, præter illa quæ tibi sunt cum
aliis cōmunia. Veràm hæc Manutii expli-
catio,multū se (vt dixi) in loco qui apertè
f.iii.

mendosus est, torquentis, vereor ne apud multos explicatore indigeat. At Lambinus, in annotationibus quidem calci illius Epistolarum operis adiectis, de illa veterū librorum lectione id quod dixi fatetur: sed inter annotationulas margini adscriptas suam huius loci emendationem proponit: quam sequendo, legendum fuerit, Quare ad eam spem quā extra ordinē de teipso habemus, propter dignitatē & virtutē tuā (Hæc enim ornamenta sunt tibi etiā cum aliis communia) accedit tua præcipua, propter eximium ingenium, summāq; doctrinā, cui mehercule hic, &c. Hæc est (inquit) eius emendatio: in qua certè tam se audacem ostendit quā ego in mea timidum. Expungit enim illa duo vocabula, Non solum: & pro accusatiuo. Virtutē substituit accusatiuum Doctrinam. De qua mutatione postea dicetur: nunc autem, ea tantum examinan's quæ ad *ἀκλονίας* orationis pertinent, dico, debuisse considerare Lambinum, non esse rationi consentaneū ut parenthesi includatur id etiam vocabulum quod tamē necesse sit cum iis quæ extra parenthesin sunt intelligi. Atqui, si relictis iis quæ per parenthesin posita sunt, dicere libeat, Qua-

re ad eam spēm quam extra ord. de teipso
h. propter dignitatem & virtutem tuam,
accedunt tua præcipua, propter exim. ing.
&c. quomodo hæc duo adiectiva Tua præ
cipua ad substantium Ornamenta refer-
re poteris, quod non præcesserit?

Quum autem in hac emendatione, li-
cet audaci, hoc incommodi esse conside-
ro, magis etiam quam antea mihi mea il-
la probatur, quam ego minimè audacem
iudicatū iri puto, quod in ea sit parua scri-
pturæ mutatio: quanuis alioqui vocabulū
quod substituitur, longè ab altero signifi-
catione differat. Iā verò & aliud cōsidero,
propter quod illa magis etiam adlubescit.
Quid illud est & quod cum ea lectione quā
veteres libros in posteriore huius loci par-
te habere testatur Lambinus, conuenit.
Nam si ita ut dixi priorem partē legamus,
illæ voces Sed etiam, aptam ante verbum
Accedunt sedem habebūt: atque illa mea
emendatione ita adiuta veterum librорū
lectio, non amplius mendoza planè & in-
explicabilis esse dicenda erit. Tum enim
totus locus ita legetur, Quare adi [vel ,
habe] eam spēm quam extra ordinem de
teipso habemus, non solum propter di-
gnitatem & virtutē tuam. Hæc enim or-

naimenta sunt tibi etiam cum aliis cōmu-nia: sed etiam accedunt tua præcipua, &c. Posset tamen & particula Sed absque illa Etiam locum hīc habere. Addo autem & aliud ad illius emendationis confirmationem: quod adhortatio illa ratione qua-dam niti videtur, quā innuerē crediderim Ciceronē iis quæ subiūgit. Perinde enim esse puto acsi diceret, Cur quam de te spē habemus, eandēm & ipse non habeas? Vel, Cur nos hcne de te speremus, ipse non be-ne speres? præsertim quum illa tua bona, propter quæ spem illam concepimus; tibi non minus quā nobis nota esse possint: quū, inquā, scias Cæsarē illis quibus prædi-tus es ingenii dotibus multū tribuere? Ad mutationem autem illam quod attinet, qua accusatiuus Doctrinam in locum ac-cusatui Virtutem substituit, audacem potius quā ab eo de quo hīc agitur alienam esse fateor: maiorēmq; esse dico Manutianam audaciam in eo quod Virtutē exponit Scietiam, quā Lambinianam, in eo quod pro Virtutem substituit Doctrinam. Quia enim paruo interuallo præ cesserat accusatiuus Virtutem, non incre-dibile esset, librariū, quū eum in mente ha-beret, hīc quoque posuisse. nam plurimis

hoc contigisse locis videmus. Meam autem illius emendationis fidem ne hæc quidem lectio eleuaret: sed contrà minus etiam in reddenda ratione illius extraordinariæ spei laborandum esse dicerem.

Prætermittenda non est alia, licet multo minoris momenti, emendatio, in hoc ipso loco: vt legamus, Quam extra ordiné de te ipsi habemus: potius quàm, De teipso habemus. Nā vt, Habeto de teipso, dicendum potius esset, ita, Quam habemus de te ipsi, dici potius debere existimo.

Ex aliis autem locis de quibus me direturū pollicitus sum in mei Schediasmatis titulo, vñus est hic, in fine epistolæ decimæ sextæ libri secundi, Hoc adspersi, vt scires, metamen in stomacho solere ride-re. Nam Ridere in stomacho idem Manutius exponit Ridere cum iracundia: at ego vocabula hæc In stomacho non iungo cum verbo Ridere: ideōque puto si gnificare Ciceronem, Me solere stomachantem etiam ridere. siue, tum quoque quam stomachor. Id est, Me solere risum stomachationi meæ [siue, iræ meæ] inter-miscere. Vel, Ut scires me, tum etiam quū habeo quæ mihi stomachum moueant, [siue, ob quæ stomacher] solere ridere. Mé

tionem autem stomachi sui fecerat circa principium epistolæ, Nostri enim nō modò stomachi mei (cuius tu similem quondam habebas) sed etiam oculorum, in hominum insolentium indignitate, fastidium.

Ex eorum numero est hic quoque, libri noni epistola vigesima, Nam omnem nostram de republ. curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commen-tationem causarum abieciimus: in Epicuri nos, aduersarii nostri, castra conieciimus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, quum in sumptum habebas. et si nunquam plura prædia habuisti. Hæc enim annotat in hunc locum Manutius, Planè ab iis dissentio qui mendum esse in verbo Insolentiam existimarunt. est enim hic Insolentia, nimius sumptus, qui fiebat in cœnas, à quo se alienum Cicero dicit, lautitiam tātūm querere. Quod etiam epist. 15, his verbis ostendit, Nec tamen eas cœnas quero ut magnæ reliquiæ fiant, quod erit, magnificentum sit & laudum. Addit verò & quædam exempla illius significationis. Insolentiam (inquit) eodem sensu posuit Philippus, nona, Magnificè enim

S C H E D . V A R . L I B . I I I . 77

Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat , huius sæculi insolentiam vituperabat. Et in or. pro Sex. Roscio , Qui in sua re fuisset egentissimus , erat, vt fit, insolens in aliena. Hæc ille : cui assentior in eo quod ab illis dissentit qui mendum esse in hoc verbo existimarunt : (ex quibus certè fuit P. Victorius) sed quemadmodū ab illis ea in re dissentit, ita ego ab ipso dissentire cogor in eo quod vocabulū illud ita exponit. In illis enim duobus vnde petit exempla locis, dico Insolentiam non tam significare Nimium sumptum quam id quod nimii sumptus causa est, id est luxum : in eo autem de quo nunc agitur, simplicius etiam videri accipiendum, tanquam ad etymum ipsum respiciente Cicerone. Nemini enim dubium esse potest quin nomē Insolentia à verbo Solere ortum habeat. bis autem negauerat se eum esse qui soleret. Dixerat enim , At quem virum p̄ non eum quem tu es solitus promulside conficere? Et paulo post, Illa mea quæ solebas antea laudare, ô hominem facilem, ô hospitē non grauem, abierunt. (perinde enim est acsi diceret, Solebam esse homo facilis, hospes non grauis: quæ tu laudabas) subiungit igitur ; In Epicuri

nos, aduersarii nostri, castra conieciimus:
 nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad
 illam tuam lautitiam. Est itaque hic sen-
 sis (meo quidem iudicio) Neque tamen
 volo te huic mæ insolitæ mollitiei satisfa-
 cere: sed quanuis Epicuream quandam
 & mihi insolitam mollitiem afferam, at-
 que illa quibus antea deleabar fastidiâ,
 mihi tam molli & delicato illa tua pristi-
 na lautitia satis erit. Credideris certè & pro-
 nomen Hanc pro illa mea expositione fa-
 cere: quum videatur intelligendum, Hac
 insolentiâ quam tibi narro. Quâuis mihi
 veniat in mentem, Hanc posse ctiam ad
 illam Epicuri mætionem referri: perinde
 acsi diceret, Nec tamen ad hanc Epicureâ
 insolentiam. Tunc verò de luxu intelli-
 gere oporteret: Quâ autem vocabulum
 Insolentiam suspectum hîc quidam ha-
 buerint, ego alius cuiusdam mendi potius
 suspectum hunc locum haberem, quòd
 duriusculus & insolens etiam videri possit
 hic usus præpositionis Ad: si oporteat Ad
 hanc insolentiam significare Ad indulgê-
 dum huic insolétiæ, aut aliiquid tale: præ-
 fertim quum ad explicationem alterius
 partis, vbi dicitur, Sed ad illam tuam lau-
 titiam, nō possim⁹ idem gerundium ad-

S C H E D . V A R . L I B . I I I . 79
hibere, quo vſi fuerimus in exponēda illa
priore, Ad hanc insolentiam.

S C H E D I A S M A X I X ,

*De iis qui putarunt gratiarum actionem in
summa amicitia & necessitudine non re-
quiri.*

V A E S T I O hæc digna disputatione philosophica videtur, an inter valde amicos prætermittenda sit, aut prætermitti salté possit gratiarū actio. qua in sententia fuisse Brutum & Plancum epistolæ eorum testantur. Ita enim Brutus vnam ex suis ad Ciceronē epistolis orditur, Noli expectare dum tibi gratias agam. iam pri- dem hoc ex nostra necessitudine, quæ ad summam benevolentiam peruenit, subla tum esse debet. Item aliam ita, Iam non ago tibi gratias, cui enim re vix referre pos sum, huic verbis non patitur res satisfieri. Sed & Plancus quandam è suis ab his ver bis inchoat, Facere non possum quin in singulas res meritāque tua tibi gratias a gam. Sed mehercule facio cum pudore, neque enim tanta necessitudo quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare vi detur gratiarum actionem: neque ego lu-

béter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis: & malo præsens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. At Cicero ad eundem de gratiarum actione ita scribit, Quanquam gratiarum actionem à te nō desiderabam, quū te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum: tamen (satendū est enim) fuit ea mihi periucūda. Sic enim vidi, quasi ea quæ oculis cernuntur, me à te amari. Dices, Quid antea? Semper quidem, sed nunquā illustrius. Vbi certè videmus Ciceronem gratiarum actionem non improbare. Ac legimus quidem in quadam ad Seruiū Sulpiciū epistola, quæ est libro decimotertio, De quo non modò rogare te vt eo studiosius mea quoque causa facias, non debeo, sed ne gratias quidem agere: verū addit rationem, Quod tu & ipsius causa & tua sponte feceris. Et in fine epistolæ dicit, Et quod modò verebar tibi gratias agere, nunc planè ago. Neque verò illa ratio non agendi gratias quæ Bruto in illo posteriore assertur loco, debere videtur satisfacere. Iam non ago tibi gratias (inquit) cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri. Imò verò, Brute, (respódeat quispiam pro Cice-

S C H E D. V A R. L I B. I I I. 8¹
Cicerone) si præstare id nō potes quod est
maius, ne tamen prætermitte quod potes,
quanuis sit multo minus. Affert tamen &
Plancus eandem rationem, non cur gra-
tias nō agat, sed cur se pudeat gratias age-
re: verū nec solā affert, nec ita ~~διπλῶς~~
(ut ita dicam) se, quum re gratum ostēde-
re non possit, verbis nolle gratum ostēde-
re ait. Postquam enim dixit, Neque ego lu-
benter pro maximis tuis beneficiis tam
vili munere defungor orationis, & malo
præsens obseruantia, indulgentia, assidui-
tate memorem me tibi probare: hæc e-
tiam adiicit, Quòd si mihi vita contigerit,
omnes gratias amicitias atque etiam pias
propinquitates in tui obseruantia, indul-
gentia, assiduitate, vincam. Sed & in fine
epistolæ proximè præcedētis dixerat (ob-
scurius quām illuc, aut saltē minus aperte,
loquens) Opto ut mihi liceat iam præsen-
ti pietate meorum officiorum tua benefi-
cia tibi facere iucundiora. Excusari igitur
multo facilius Plancus, in afferenda hac
ratione, possit, quām Brutus. huic enim &
quod dixi responderi possit: & istud quo-
que, ex Nasone, De ponto lib. 4, el. 8,

*Parva quidem fateor pro magnis munera
reddi;*

t. i.

*Quū pro concessā verba salute damus
Sed qui quām potuit dat maxima gratus
abundē est,*

Et finem pietas contigit illa suū.

Quod autem ad illam altera in rationē attinet, Neq; enim tanta necessitudo quātam tu mihi tecum esse voluisti desiderare videtur gratiarum actionem: (cum quibus conueniunt ista Brutus, Noli expectare dum tibi gratias agā. iampridem hoc ex nostra necessitudine, quae ad summam benevolentiam peruenit, sublatum esse debet) ita fortasse probabilis fuerit, si consideremus, quum is quo cum mihi summa est necessitudo multis eius officiis & meis mutuis constituta, (vt ipse loquitur Ciceron) sit alter ego (vt quidam dixerūt) quum sit animæ meæ dimidium (sicut amicitia veram dixit quidam philosophus efficere ut sit anima vna in duobus corporib⁹) me illi quo cum tanta mihi necessitas intercedit gratias ageret, perinde facere ac si mihi ipsi gratias agerem. Sed quū illius definitionis amicitiae exemplum in iis demum conspiciatur qui interfic Pyladem & Orestem imitantur, si ratio illa locum habere deberet, at certe vix inter tot habere locū posset, - *quot sunt Thebarum portæ, vel dir-*

S C H E D . V A R . L I B . I I I . 83
uitis ofitia Nili.

Hoc tantum addo , quod ad gratiarum actionē attinet , urbanē à Cicerone quodam dici loco , Gratias tibi agam prope diem , ut confido : volente significare , Con fido te præstirū ea quæ à te peto . Legimus autem & in alio quodā loco , Ex eorum oratione intellexi , gratiarum actione eos magis egere quam commendatione .

S C H E D I A S M A X X ,

De iis qui putarunt precibus dandum non esse locum inter eos qui arctissimo amicitiae vinculo essent adstricti.

De aliis quibusdam ad amicitiae leges pertinentibus.

Q VAE S T I O N I præcedēti affinis est hæc , ac pene etiam eadem , An ullus precibus locus esse debet inter eos qui arctissimo amicitiae vinculo sunt adstricti . Cicero tamē nusquam , quod sciam , prætermittēdam sibi videri gratiarum actionem dicit (quod in altera quæstione proponebatur) at de non adhibendis precibus , aliis assentiri alicubi videtur . Quò pertinet hic locus epistolæ ad Atticum nonæ libri quinti , Hoc tibi ita mando ut dubitē

c. ii.

an etiam te rogem ut pugnes ne intercaletur. Idē Dolabellæ libro nono, Peto igitur à te, vel, si pateris, oro, ut homines miseros &c. (vbi Si pateris, ex alio loco possit exponi Si amicitia nostra patitur ut te orem) In illa autē libri primi longissima ad Létulum epistola, Ea tātæ mihi curæ sunt ut me nolim admoneri, rogari verò sine magno dolore vix possim. Idem Catoni, Idque, etsi talibus de rebus grauiissimos homines & rogare solere & rogari scio, tamē admonendum potius te à me quām rogandum puto. Atque ut hīc dicit, Admonendum potius quām rogandum, ita in quādam ad Sulpiciū, quæ est libro decimo tertio, Quasi rogatus, aut certè admonitus, liberaliter Attico respondiſſes. Deniq; alicubi innuit, rogare videri posse eius esse qui de amicitia dubitet. E nostris quidē certè moribus si iudicium hac de re ferendum sit, preces potius quām gratiarum actionem prætermittere decet.

Alicubi verò ita rogat & preces adhibet, vt simul se de eo quòd illas adhibeat excusat. Tale est hoc initium epistolæ ad Cornificiū, quæ est decimaseptima libri duodecimi, Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quā significasti literis.

quam ut consrues, non quòd de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo.

Sicut autē eos cum quibus arctissimū esset amicitiae vinculum minimè decorū esse videbatur rogare, ita eos etiam cum quibus minus arctum illud esset, rogare multis verbis, non decere putabant. Hinc illud in fine secundæ epist. libri decim tertii, ad Meiminum scriptæ, impediōr verecundia ne te pluribus verbis rogem. neq; tamen dubito quin, si tua nihil aut non multum interfit, eo sis animo quo ego essem siquid tu me rogarēs. Ita enim hīc verecundiam esse interpretādam puto. Huc pertinet & clausula epistolæ secundæ libri tertii, ad Appium Pulchrum. postquam enim dixit, Quid in eo genere efficere possis, tui consilii est: ego te, quod tibi veniet in mentem mea interesse, valde rogo: subiungit, Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationem expectaret, aut id fieri nostra amicitia pateteret: aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur.

Iam verò & quædam erant de quibus ne monere quidem seu admonere posse existimabant, quin de amicitia dubitare

t.iii.

seu diffidere viderentur. Ideo in' nona libri primi epist. quæ scripta est Lentulo, dicit, Quæ ad me de tuis rebus domesticis scribis, quæque mihi commendas, ea tantæ mihi curæ sunt ut me nolim admoneri, rogari verò sine magno dolore vix possum. Idem in quadam ad Oppium, Tu, mi Oppi, conseruabis amorem tuum: (etsi more magis hoc quidem scribo quam quod te admonendum putem) meaque omnia tuebere. Quibus similia sunt hæc quæ ex epistola quadam ad Cornificium attuli, Quam [memoriam nostri tuam] vt conserues, non quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. In quorum locorum collatione obseruandum est, de vna eadē que re vnuim rogari, alteruim admoneri: quum alioquid (vt antea vidimus) admoneri potius dicendus sit quam rogari is qui summè nobis est amicus. Huc pertinent ista Nasonis,

Nec te credideris, quia non facis, ista moneri:

*Vela damus, quanuis remige nauis eat.
Qui monet ut facias quod iam facis, ille
monendo*

*Laudat, & hortatu cōprobat acta suo.
Quinetiā ab Horatio leniri videmus hoc*

*Protinus ut moneam , siquid monitoris
eges tu.*

At verò Cicero alicubi quāuis moneat, id tamen se facere negat. vt initio cuiusdā ad Marcellū epistolæ,Nee; monere te audeo præstanti prudētia virū. Et tamen aliquāto pōst dicit, Ilud tamen vel tu me monuisse vel censuisse puta,vel propter bene- uolentiam tacere non potuisse. Discimus autem ex illo loco , cum qui dicit se monere amicum, videri posse prudentiam in eo desiderare, aut certè non satis prudētem eū existimare, siue non satis prudētiæ illius fidere. Alicubi verò excusationē nō præponit Cicero,sed postponit:vt in qua-dā ad Plancū epistola, pag.293. Hæc amo-re magis impulsus scribenda ad te putauī, quām quòd arbitrarer te monitis & præceptis meis egere. Vbi hæc, Quām quòd arbitrarer te monitis meis egere, similia sunt illis Horatianis, - *siquid monitoris
eges tu.* Est autem obseruādum , Admonere plerisque in locis esse potius *τιμονίσκειν*: at Monere , *τιμεῖν*. Quodam porro in loco non vult dici suasor, sed ro-gator. qui locus est in epistola ad Plācum epistolis ad Atticum inserta, in fine libri

t.iiii.

88 H E N R . S T E P H A N I

decimisexti, Evidem cùm multa (quod
necessè erat in tanta occupatione) non
probétur quæ Cæsar statuerit, tamen otii
pacisque causa acerrimè illa soleo defen-
dere. Quod tibi idem magnopere facien-
dum censeo. quanquam hæc epistola non
suasoris est, sed rogatoris. Igitur mi Pláce
rogo te, & ctiā oro, &c. Alicubi verò etiā si
non vtatur vcl hoc vel illo verbo, excusat
tamen se de iis quæ dixerit: veluti quum
quandam ad Curionem epistolam his
verbis claudit, In hanc sententiam scribe-
rem plura, nisi te tua sponte satis incitatū
esse confiderem. Et hoc quicquid attigi,
non feci inflammanti tui causa, sed testi-
ficandi amoris mei. Sc. verò & Horatius,
quum dicit, *Disce, docendus adhuc quæ cē-
set amiculus*, perinde esse videtur acsi di-
ceret, se non tam eius monendi, quām te-
stificandi amoris sui causa ea dixisse. præ-
sertim quum præcedat, *Quanuis satis per-*
tibi consulis: Epistolarum libro priore,
Quanuis, Scæua, satis per te tibi consu-
lis, & scis
Quo tandem pacto liceat maioribus uti,
Disce, docendus adhuc, quæ censet ami-
culus.
Quinetiam magis etiam se excusans, ad-
iungit,

- ut si Cæcus iter monstrare velit. tamen
affice siquid
Et nos quod cures proprium fecisse loqua-
mur.

Quodam autem in loco ita loquitur acsi existimet cum alia sibi apud amicos per leges amicitiae licere, tum vero peccare in scribendo. Legimus enim in epistola ad Ser. Sulpicium, quæ est decima octaua libri decimiertii, Sed tamen quando mihi, pro coniunctione nostra, vel peccare apud te in scribendo licet, utrumque eorum quæ negauit mihi facienda esse faciam. Id est autem peccatum (ut quidem ipse hic vocat) committit & alibi.

SCHEDIASMA XXXI,

De comparationibus quibus utitur Lucianus,
quum dicit, *νεργοῦ παγδου ὄργια περγ.*
id est, Iracundior puerulo recens nato: itē,
κυνός Μελιτηγου ὄργια περγ. *id est, Ira-*
cundior cane Melitenſi.

VALE iracundum significare volcs Lucianus, dicit esse *νεργοῦ παγδου ὄρ-*
για περγ, id est, iracundiorem puerulo recens nato. Quam comparationem existimari posset ex isto Platonis petiisse loco,

98 HENR. STEPHANI

De republ.lib.4 ὅπερι μὴν οὐκέπεμπτα [ποιῶν] μεσάντη: nisi iram non impli-
citer tribueret puerulo νεοντα, ut appellat,
sed eam vehementissimam. Ab eodem
dicitur aliquis esse κυνός Μελιτηίου ὄργαλλος,
id est, Iracundior cane Melitensi.
Tales autem comparationes non tam for-
tasse proterbiales quam proverbialibus
similes esse sunt existimandae: quemadmo-
dum & illa Horatiana, Iracundior Adria:
(cui tamen locus inter proverbia datus
fuit) nisi forte dicamus, harum quasdam;
præterquam quod è medio peterentur, id
est, è quotidiana experientia, vulgi etiam
scrinone, sed vulgi tantum, fuisse celebra-
tas. Cæterum posse in has comparationes
inquiri docebo in capite quod proximè
sequetur.

SCHEDEIASMA XXXII,

*Senecam à Platone videri posse dissentire in
eo quod dicit iram nusquam nasci nisi v-
bi rationi locus est.*

SENECA libro de ira secundo, cap.
tertio, Sed dicendum est (inquit) feras
ira carcere, & omnia præter hominem. Nam
quum sit inimica rationi, nusquam tamen

S C H E D. V A R. L I B. III. 91
nascitur nisi vbi rationi locus est. At verò
Plato De republ.lib. 4,(pag.441) τὸ θυμο-
δες distinguens δύο τὰ λογιστικῶν, sicut δύο
τοῦ θεοθυμητικοῦ , hoc vtitur argumento,
quod puerulis recens natis iram quidem
sed non item rationem inesse videamus.
Ac discimus cùm aliunde , tum ex Gale-
no,in libro De dogm. Hippocr. & Plato-
nis, Chrysippum quoque dixisse μὴ γῆρας
λογισμῶν μήτε τὰ θεία μήτε τὰ βρέφη. Vide-
dum igitur annon dicendum sit suū illis
quoddam iræ genus esse , quod non tam
sit ira quam quiddam iræ simile. Sed hac
de te latius à me in alio quopiam Schedia
fimite differetur.

S C H E D I A S M A XXIII.
*De allegoria quadam Persiana, que in ali-
quot Platonis extat locis.*

P E R S I V S Satyra quinta,necnon ter-
tia,quadam vtitur allegoria qua etiam
Plato usus erat aliquoties:ex quo eam pe-
titam ab illo fuisse credibile est.Quum au-
tem sibi mutuò lucem afferre possint phi-
losophi huius & poetæ illius loci , eos pro-
ferant, à Persii versibus sumpto initio.Ex-
tant igitur hi Satyra quinta,

- *pulsa, dignoscere cantus*

*Quid solidum crepet, & pictæ tectoria
lingue,*

In tertia quoque,

- *sonat vitium percusa, malignè*

Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Legimus itaq; in Theæteto, pag. 179, meæ editionis, *ναὶ σκεπτόν, τὸν Φερεύδηλον πι-
τίῳ οὐσίᾳ Δικαιεύοντα, εἴτε ὑγίες εἴτε οὐ-
δεὶς φέλζεται.* Eregione cuius loci adscri-
psi margini hanc expositionem, Vtrum
vt integra an vt vitiosa sonet. Ad verbum
(sed durius) Vtrum integrū an vitiosum
sonet. Quinetiā addidi, *οὐδεὶς φέλζεται,*
ex Persio esse *sonet vitium*: sicut vicissim
ὑγίες φέλζεται ex eodem, *solidum crepet.*
Vt autem hanc expositionem minime in
dubium vocarem fecit locus Philebi, pag.
55, *Ἀντεῖως δὲ, εἴτε πάντας εἴχει, πᾶν τοι-
κεγύωμεν.* Ac quemadmodum in iis quæ
verba hæc proximè præcedunt, mentio
fit *τῆς ὀξειδωτικῆς*, sic Persius in loco illo Sa-
tyrae quintæ dicit, *Excutienda damus præ-
cordia.* vbi excutienda reddi possit *ὀξει-
δωσία.* id est examinanda, siue exploranda.
His porro duobus Platonis locis conten-
tum esse lectorem velim, quum tertium
mihi memoria non suggerat.

S C H E D I A S M A X X I I I ,
Platonis locus emendatus & explicatus.

ANTEQUAM longius ab illo Socratis sermone abstedam, cuius facta fuit in capite præcedente mentio, de inendo quod illi Platonis loco subesse puto, monendum lectorum, simûlque quod inuenisse mihi videor aptum remedium proponendum censeo. Locus enim hic, quam sincera doctrina continetur, dignus est quæ labore omni purum reddere conatur. Ita igitur scriptum est in illa pag. 176, paulo post illa verba quæ modo attuli, θεος αὐταρτικού αὐταρτικού ἀδικού, αὐτοῖς δικαιούστεος. καὶ τοι εἴπων αὐτῷ ὅμοιότερον γένεται οὐ θεός αὐτὸς αὐτῷ φύσην οὐτι δικαιούστεος. Atque his ista subiunguntur, τοῖς Τύτου καὶ ηώς αἰλιθῶς δεινότης αὐτρὸς, καὶ αὐτεῖνα τε καὶ αἰανδρία. οὐ μὴ τοῦ Τύτου γνῶσις, οὐ φία Εὐδετῆ αἰλιθινή. οὐδὲ ἀγνοια, αἰματία τοι κακία ἐναργής. Sed hæc verba τοῖς Τύτου quomodo aptam huic loco significationem habere possunt: nam τοῖς Τύτου significare scimus. De hoc Statim igitur veniet cuipiam in mentem scribendum esse, τοῦτο Τύτον, id est Ab hoc: at ego τοῦτο scripsiſſe

Platonem puto : in qua lectione præpositio *ωδη* usum licet minus vulgarem, ne huic quidem scriptori tamē ignotum habebit. Legimus enim apud eum Tomi secundi pagina 715, *Τις δὲ ἀρχόντας λεγομένους νῦν ὑπέρετας οἵς νόμοις ἐκάλεον, οὐ πολιτοτομίας ὄνομάτων ἔνεκα· αὐτὸν οὐ γοῦμον ποιούσας μάλλον εἴ τις ωδη τῶν σωτηρίαν ποιεῖ καὶ τινῶν ποιεῖ*. Id est, Eos autem qui vocātur magistratus, appellaui nunc legū ministros, non quòd noua rebus nomina imponere studeam : sed quia nihil esse puto in quo magis ciuitatis salus, vel contrā pernicies, versetur. Intellige autem, salutem in eo positam esse, quòd magistratus sint legum ministri ; perniciem, in eo quòd non sint. Quòd si omisisset *καὶ τινῶν ποιεῖ*, nihilo minus hæc altera pars à lectore intellecta fuisset : veluti quum Latinè dicitur, In ea re versatur salus ciuitatis, aut vertitur : siue, In ea re agitur salus ciuitatis: siue, Inde pendet salus ciuitatis. Sic autem in loco quem emendandum suscepi, scribendo *ωδη τῶν*, dico sensum esse, Hac in re positum est ut aliquis industrius sit, vel contrá. Quòd si dicas, In ea re versatur hominis solertia [siue industria] vel Hinc pendet hominis solertia,

S C H E D . V A R . L I B . I I I . - 95

poterit itidem altera pars ei opposita intel-
ligi. perinde acsi diceretur. Hec res si adsit,
talis est homo : sūn absit, est contrā talis.
Verūm quid refert (vt grāmatici loquā-
tur) hoc pronomen? Ego certè intelligē-
dūm dico. οὐδὲ τοῦτο, τὸ διηγούμενόν εἴδει, οὐ μή.
sive οὐδὲ τοῦτο, τὸ διηγούμενόν αὐτοῦ, οὐ μή.
vt conuenire possit idem substantiuum
cum eiusdem pronominis sequente geni-
tiuo. id est, vt cum τοῦτο intelligamus τῆς
διηγούμενης. Sic autem & alibi, posito prius
adiectiuo, id quod subiungitur, non iam
ad ipsum sed ad substantiuum refertur, per-
inde acsi hoc non illud præcessisset : quo-
niā hoc in illo συνάπει inclusum esse di-
cipi potest.

S C H E D I A S M A X X V ,

In quo Platonis in Euthydemō locus expli-
catur, & proponitur emendatio qua in-
digere videtur.

P L A T O N I S Euthydemus quendam
locum habet, dignum, meo iudicio,
cuius explicationi (& emendationi quo-
que fortassis) studium impendatur. Is est
pag. 288, meæ editionis : αὐταὶ οἱ μέν (εὐθύ-
δημος) ὡς Διονυσίωντε καὶ Εὐθύδημος, εἰπος

μὴ δὲ λόγος εἰ πατέος μήπεν, καὶ ἐν ὀψηριοῖς
τοπικαῖς καταβαλῶν πάπλεν. Aut erravi
(inquit Socrates) in eo quod dixi, aut nō
erraui. Si non erravi, non poteris illud re-
darguere, [scilicet conuincere] si nō erravi, ne
hoc quidem à te recte dicitur, non posse
quēquam errare. Ita fit ut tuo illo sermo-
ne concluseris quidem non posse quen-
quam errare, refutando quod dixeram;
sed idipsum quod conclusisti, ab illa tua
refutatione euertitur. Sic autem antea di-
xerat, ἐμοὶ δὲ τὸν θεαταῖς λόγον οὐτί [οὐ
λόγος] τούτοις τε ἀλλοις αἰνιγγέστων καὶ αὐτὸς
αὐτὸν. Neque verò aliò (mea quideam sen-
tentia) referendum quod circa finem e-
iusdem dialogi dicitur. αἴτεχαλς μὴ παῖς εἰναι
Συρράθητε τὸ σύμματα τῷ αὐτοῦ φίλον, ὀψηριοῖς
καὶ Φανέ· οὐδὲ τὸ μόνον τὸ αὐτὸν αὖτον, αλλὰ
δόξαιτε αὐτοὺς τούτους οὐμέτερα αὐτούς, τούτο πάντα
χάριτές πεστί καὶ τὸ ἐπαγθῆτε τῷ λόγῳ αἴφαγ-
ρεται. Quorum locorum inter se collatio
magnā huic rei de qua agitur lucē afferre
potest. Extat autem apud Sextum phi-
losophum pulcherrima comparatio quæ
eodem pertinet. tales enim sermones qui,
euersis seu prostratis aliis, ipsimēt conci-
dunt; comparat medicamentis quæ pur-
gandi facultate valent; quoniam eodem
hic

S C H E D . V A R . L I B . I I I . 97

hæc modo, non humores solùm è corporibus educunt, sed seipsa vñà cum illis expellunt. Ac videor mihi: candem & apud Plutarchum comparationem legisse.

Ad emendationem autem quod attinet, quanuis in iis quæ editio mea margini adscripta habet eregione loci illius, seruetur à me lectio illa Τοπλαγὸν, (quasi referatur ad id quod dixit πέρισσος, & subaudiatur aliquis participii καταβαλῶν significatiōni aptus accusatiūus) tamen dissimilare nolo, magis mihi placere ut Τοπλαγὸν mutetur in τὸ παλαιόν, aut etiā τὸ παλαιόντα, quo intelligamus τὸ αἰτίπαλαιόντα: quē etiā αἰτίπαλαι prima & propria significatiōne dicunt. Tunc autē ὀρθό ad participiū καταβαλῶν tēdet. Hæc porro duo participia, καταβαλῶν, uno in loco, & in altero αἰτίπειῶν, quo aptius illis accusatiūis iungi possunt, eo magis coniecturæ meæ fauent.

S C H E D I A S M A X X V I ,

De vocabulo σΦαγία, quod in Platonis Menexeno loci propriū nomen esse. ideoq; pro appellatiōne nomine male accipi videtur.

M E N E X E N Y M Platonis legens, nō potui mihi persuadere σΦαγία no-

v.i,

men esse appellatiuum, ut appellant grā-
matici: tandem verò etiam contrarium
(si contrarium id vocare oportet) mihi
persuasi, esse nomen proprium. Locus est
hic pag. 242, Tomi secūdi meæ editionis,
υικησαντες αὐτοῖς ναυμαχίᾳ οἱ ἡμέτεροι, παρ
λαβόντες αὐτὸν τοὺς ἡγεμόνας Δακεδαμονίους
ἐν τῇ σΦαγίᾳ. Οὖν αὐτοῖς Σφαφεῖραι, εΦε-
σαντο, παρ απέδοσαν, παρ εἰρήνην ἐποιήσαντο.
Hic, inquā, *σΦαγία* esse nōmē loci pro-
prium mihi persuasi: idēmque, vt spero,
sibi persuadēbunt quicunque legerint in-
fusulam *ΣΦαγίας* vocatam etiam fuisse
ΣΦαγίαν.

S C H E D I A S M A, XXVII,

De nonnullis diuersorum scriptorum locis v-
bi interpretes ex propriis nominibus ap-
pellatiua fecerunt, aut viciſſim. Item,
De aliis quibusdam quorum ignoratio,
aut obliuio, illos in errorem impulit.

FE C I T vocabulum *σΦαγία*, de quo
dixi in proximè præcedente Schedia-
smate, vt in memoriam redirem aliorum
vocabulorum quæ interpretes ex nomi-
nibus propriis itidem appellatiua, aut vi-
ciſſim ex appellatiuis propria fecerunt.

Prioris erroris exemplum est μέλισσα apud Callimachum, Cereris sacerdotū nomen: quum quidam Apes sint interpretati. Item Δεξαρθρός apud Pausaniam. nam hanc quoque vocem proprium esse nomen interpres ignorarunt: neque tamē appellatiuum nomen ex eo fecerunt, (nō enim poterant) sed participium: quanvis vel ab ipsa sede accentus, non esse participium, admoneri debuissent. Memini me & αἰγῶν alicubi legere quod redditum sit genitio Latino Caprarum, tanquam ab αἴγαις: quum sit ab αἴγαι, quod ibi est nomen vrbis ΑΕτοία: est verò alibi & aliarū vrbium (id est , quæ in aliis sunt regionibus) nomen. Exemplū autem risui mouendo aptissimum suppeditare posset Agathii interpres, quod celebris memoriae virum, Henricum Scrimgerū, (magnum Scotiæ ob singularem doctrinam ornamentum) saepe commemorantem audiui. ille enim bonus vir qui Agathii historias est interpretatus, σάντερίτης, quod Aristotelem significat (quia σάντερις erat eius patria) putauit amphoram vini significare. Sed hīc diuersum est à præcedentibus peccatum, quum id vocabulum quod ita redditur acsi esset appellatiuum, & signifi-

cationem illā haberet, nihilo magis alibi
quām illic appellatiū sit, nisi *τὸν οὐρανόν* etiā
οὐρανόν, vocare appellatiua oporteat.

Posterioris autem erroris, quo ex appellatiis nominibus facta propria fuerunt,
exempla suggesteret affatim collatio meæ editionis Herodoti Latini, id est, Latinè
redditi à Valla, cum iis quæ illam præcesserunt. Nam (ut dixi in epistola illi præfixa) inter alia, *Ιερὴ* Ionica dialecto dictum
pro *Ιερῷ*, quod est sacrum, in montem nomine Hirum noua quadā metamorphosi
mutatum conspiciet: item ex genitivo *μητρὸῦ* (id est recessu, vel sinu) Inachum sive
Machum urbe in repente adificatam certnet: ex *αιγαλεῖ* (id est *Qui*) populum nomine
Hætines: ibidem ex *χαστοῖς* (quod sonat Inferiores) populum alium Hessones: ibi-
dem ex *άλεες* (quod declarat Vniuersi, vel
Simul omnes) populosissimam gentem
Hæles subito illius interpretis iussu emer-
fisse videbit. Quibus planè similis meta-
morphosis vocabuli *ἄστων*, in iis Lexicis
Græcolatinis, quo prodierunt antequam
meum Thesaurum Græcæ linguæ edidissem,
spectatur in verbo *ἀστενόμογχος*: signifi-
cari hoc verbo Luxu diffuso: & sumptu
esse à populo Asotorum, quod essent luxu-

SCHED. VAR. LIB. III. 101
perditi, perpetuōque in comeditionibus
versarentur: & mentionem horum à Ci-
cerone fieri libro De finibus tertio.

I A M V E R O & in multorum nomi-
num appellatiuorum interpretatione pec-
catum ab illis fuit, quòd esse duas eorum
significationes, aut non didicissent, aut nō
recordarentur. Exempla autem quum pas-
sim occurrant, minimè necesse duxi huc
afterre. Neq; verò in verbis minus quam
in nominibus ea inuenire facile fuerit. At-
que vt *χραφεῖς* Ficinus apud Platonem in
Euthyphrone malè vertit Scriptores, quū
significet Pictores (de quo errore primus
admonui) sic verbo *πικτίλεις* apud eūdem
Platonem, vbi ad picturam refertur, per-
peram alia significatio datur.

Verùm vt ad nomina redeā, hoc quo-
que in errorem interpretes impellit, quod
à diuersis rectis siue nominatiuis quosdam
obliquos esse eosdem non animaduertat.
cuius erroris insigne est exemplū in quo-
dam epigr. versu, in voce *πικτήλεως*: de quo
loco alibi sum dicturus.

Accentus quoque diuersa sedes non a-
nimaduersa in errorem impulit: veluti v-
bi *νομός* redditum perinde fuit acsi *νόμος*
scriptum esset. Sic verò quandam *δέξα-*

v.iii.

μὴν vertisse obseruaui non aliter quām si esset scriptum *δέξαμεν*: quum tamen accentus differentia non solum diuersam significacionem efficiat, sed etiam ut diuersæ sint orationis partes faciat.

Alii sunt à superioribus diuersi errores: veluti quum non alia quidem est vel deelinatio vel accētus sedes, à qua significatio diuersa efficiatur: sed malè redditur vocabulum Græcum Latino, cuius, non itidem ut illius restrinxit interdum significatio. In cuiusmodi errorem apud Sophoclem omnes inciderunt in interpretandis illis verbis, *αἰασκάγον ἡμέρη*. Sed de his omnibus errorū generibus alisq; quamplurimis fuse differentem me audics in libro De fidi interpretis officio.

S C H E D I A S M A XXVIII,

De usu vocabuli δῶμα in Testamento noui scriptis.

IN TESTAMENTO Noui scriptis multa legi quæ falso existimentur à consuetudine Græci sermonis aliena, admonui quidem, & aliquot exemplis probauit in iis Prolegomenos quæ meæ illius operis editioni (quæ est parua, ut vulgo loquū-

S C H E D . V A R . L I B . III . 103
tur, forma) præfixi: multo pluribus. Deo fa-
uente, idē aliquando probaturus. Sed iam
nunc vnum addam, quod ibi nescio quo-
modo omissum fuit, quanuis in mentem
venisset, de vsu nominis δῶμα. eum enim
quem habet Act. cap. x, αὐτῆς Πέτρος ὅπλη τῷ
δῶμα, προσεύχασθαι, non fuisse nonnullis
scriptoribus Græcis ignotum, ostendunt
non solum loci aliquot eorum qui Septua-
ginta interpretes vocantur, sed etiam di-
minutuum δωμάτων, quo cùm alii quidā
ita vtuntur, tum verò Lysias, de parte do-
mus interiore, quæ simul erat superior.

S C H E D I A S M A XXIX,
*Memoriam esse passionibus contrariam, pro
Platonis dicto falsò haberi.*

M E M O R I A M esse passionibus con-
trariam, quum quendam dicentem
audirem, idque tanquam autore Platone,
miratus sum quid illud sibi vellet: tandem
verò comperi falsam loci Platonis inter-
pretationem illi imposuisse. Ita enim Pla-
to in Philebo, pag. 35, οὐδὲ οὐδὲ γέ Φίλε
γαντόν ἀγουοι οὐ τὰ παθήματα, δηλοῦται μηνί-
μων οὐσιαν τῆς Ζεύς παθήματον εναντιαν. Vbi
probare volens Socrates, adminiculō me-

v.iii.

moriæ fieri, ut is qui sitit, cupiat potum, qui contrarius est siti quam patitur, dicit, Quod natura fertur animal ad ea quæ contraria sunt suis passionibus [siue, iis quæ patitur] id argumento est ipsum recordari eorum quæ suis passionibus sunt contraria. Adeo ut nihil aliud sit *μητέλον οὐδεν τὸν ἔργον, quὰν μημάθῃ τὸν ἔργον*. vt si Latinè dicas, Est mihi memoria illius rei, pro Memini illius rei.

SCHEDIASMA XXX,

Quorundam Alcæi verborum expositio.

MICVS me quidam, qui Athenæū interpretatur, literis non ita pridem consuluit de his Alcæi verbis, δάκτυλος απίσχεται. ego eum ad meas in Anacreontem annotationes remisi, quæ sunt adiectæ calci editionis Parisinæ, illius qua primus pœtam illum in lucem protuli. Remisi autem ad illas annotationes quod editione hanc in qua extant, in mea bibliotheca inuenire tum non possem. Ille ad ea quæ rescripsieram respondit, fieri quidem à me ibi loci illius mentionem, & alium similem afferri, sed explicationem nō adiici. quod ego, exemplari tandem inuento, ita se ha-

SCHED. VAR. LIB. III. 105

bere comperi. Verum aliquanto post incidi in hæc Erasmi, inter proverbiorum chiliades, Δανίλος ήμέρα id est, Datyli dies: Vbi res feliciter successerunt. Sumptum à Datylo quodam, qui apud Athenienscs summos est honores cōsequutus. Hæc est illius expositio: quam dum legarem, præpemodum mihi videbar somniare: sicut ea, nihil aliud est (meo quidem iudicio) quam somnium: idque à me in eo tractatu quem inscripsi Animaduersiones in Erasmicas quorūdam adagiorum expositiones silentio prætercunda non fuit: Erasmum tamen excusando, quum ex Zenobio, vel potius (vt alii vocant) Zenodoto, eam sumpserit. Sed obseruandum est quomodo paulatim corruptum illud proverbiū fuerit. primum enim pro Δάνιλος ήμέρα dictum fuit Δανίλον ήμέρα, deinde Δανίλου ήμέρα: & falsa scriptura falsam illam expositionem tandem inuenit.

Quem igitur illorum verborum Δάνιλος ήμέρα sensum esse credendum est? Quod credo quidem, sed alias tamen credere non iubebo, (quoniam ex coniectura tātūm habeo) afferam. Puto igitur fuisse Bacchi satellitibus usurpari solita verba illa, Δάνιλος ήμέρα: ac primum quidem

δάκτυλος ἡώς dictum, deinde ἡώς in *ημέρα* mutatum fuisse. Sumptam autem fuisse illius ioci occasionē ex epitheti Homerici *ρόδοδάκτυλος* depravatione, vel potius decertatione. Quim enim Homerus subinde dicat *ρόδοδάκτυλος ἡώς*, illos, abscissis ex eo epitheto duabus primis syllabis, *δάκτυλος ἡώς* dixisse, significare volentes diē esse valde breuem, utpote digito uno minimè longiore: ideoque oportere omnes eius horas bene collocare, ac, ne per unā quidem horam à potu cessandū esse. Atq; hoc tanquam celestia *θεοπνήστον Βάκχου* fuisse, quo se ē inuicem hortaretur: quod fortasse noctem somno referuare mallēt, dummodo nullum diei tempus siccū sibi (ut ita dicam) abire permisissent. Pro hac certe mea expositione (quam tamen ut verisimilem potius quam ut veram affero) faciūt duo isti versus qui epigrāma quadam claudunt in Anthologio, pag. 485 meæ editionis,

*Πίναιμεθ' Βάκχου ζωεῖν πίμα. δάκτυλος
ἀώς.*

H̄ πάλιν κομισὴν λύχον ἴδεων μέμφεθι;
Vbi quum κομισὴν λύχον dicit autor epi-
grammaticis, videtur innuere quod dixi,
somno referuandam potius esse noctem,

vt magis illi aptam , die contrà magis potui conueniente. Sed vt hæc pro mea illa expositione faciunt , ita dissentire ab illa videri possunt (ne quid dissimulé ,) hæc verba , quæ apud Alcæum præcedunt , πίναρδος οὐ τὸν λύχνον σέεννυρδος ; Sed ego cū aliunde suspectum hîc esse mihi dico verbum σέεννυρδος , tum verò multo etiâ magis ab illo versu suspectum mihi reddi , ἡ πάλιν κομιστὴν λύχνον ιδεῖν ρόροιδος : quū hæc verba subiungantur illis , - δέκατη λογοτέλεια .


Ecce autem , quum hæc scripsisse , & meam editionem fragmentorum quæ ex lyricis poetis supersunt , afferri iussisse , cōmodūm aliam & planè qualēm ex illo versu coniectabam esse debere , ibi inueni , αἰρεμένορδος , non σέεννυρδος . Miratus autem à me ibi afferri tāquā ex Athenæo lectio nem illam , quum tamen hanc apud eum esse viderem , non priùs euoluendi Athenæi finem feci , quām alteram quoque illam apud eum inueni , libro vndecimo . Ita sublatus est hic scrupulus .

*De duplice nouitate verborum, ex qua oriū-
tur mēndā.* SCHED. XXXI,

NO VITAS verborū (prima diuisio-
ne) duplex est, siue duorum generū:
& vtraq; multorum mēdorū est causa. V-
na eorum est verborū quæ quā à vetustate
sint repetita, ob intermissionē gratiā noui-
tati similē parant, vt Fab. loquitur: altera,
eorū quæ cōtrā quum veteribus ignota es-
sēt, ab eorū posteris ficta fuerūt. Erroris ex
illo priore nouitatis genere nati esse puto
exemplum in illo proverbiali versu, πολ-
λὰ μεταξὺ πίλαι κύλικος καὶ χείλεος ἄνρες.
fuisse enim dictum à veteribus πέτει pro
πέτει: id est, in significatione τοῦ πέτει (at-
que hinc remansisse διπέτης, siue διοπέτης,
& παλυμπέτης, atque alia quædam) sed qui
hoc ignorarent, scripsisse πέλη, quum non
auderent πέτη scribere: illos alioqui sui er-
roris admonente vel hac interpretatione,

Multa cadūt inter calicē supremāg. labra.
Mēdi autem ex altera orti nouitate, (quæ
magis propriè nomē hoc obtinere potest)
exēplū est apud Nonnū (qui eodē quo hæc
tépore in mea officina excudebatur) θυμ-
βεσσανδρή, siue θυμβεσάς, siue θυμβας. scribē-
dū enim dico θυμβεσάς: quod ex nomine
Θύμβεσις fictum, Romanam significet.

F I N I S.



		anima libri - 1.
		magnum vivere T. 2.
ixan	e 7.	bene beate recte vivere
4. 1.		ei facit bonum - 1. 9
		vivere natus natiuitate - 1. 10
		honestus - 1. 11.
exp. 2.	d. q. a 81.	ta etaroi mortificari - 1. 11.
		bonum esse vivere faciliter
		1. 12.
		prosperitatem - 1. 13.
4. 0	vivere	gratia - 1. 18.
		exhortatio - 1. 22.
sep.	accu 9.	placor non iniurias multas
	100	in primis fuisse unus - 1. 23.
lubido	o.	lex oras natus - 1. 23.
		aduphas - 1. 24.

